CAROLI LINNÆI
PHILOSOPHIA BOTANICA
IN QUA EXPLICANTUR
FUNDAMENTA BOTANICA,

CUM *definitionibus partium, exemplis terminorum, observationibus rariorum.*

ADJECTIS FIGURIS ÆNEIS.

CUI ACCEDIT CRITICA BOTANICA.

EDITIO QUARTA.



COLONIÆ-ALLOBROGUM;

Sumptibus PIESTRE & DELAMOLLIERE.

1787.


WELLCOME
HISTORICAL
MEDICAL
LIBRARY

PRÆFATIO EDITORIS.

NUNC prodit in lucem ſeptimum volumen Syſtematis Plantarum Europæ, ex operibus immortalis Linnæi deſumptum; in Præfationibus primæ & ſecundæ collectionis, rationes ſuſcepti propoſuimus. Rara erant in noſtris terris opera Linnæana, plurimaque rariſſima & vix reperiunda; hæc tamen enixe deſiderabant alumni : inter hos plurimi tenuioris fortunæ juvenes, Medici, Chirurgi, Pharmacopæi vix raras & exoticas plantas curantes, optabant ut aliquis in arte verſatus, ex omnibus Linnæi tentaminibus, ſegregaret characteres, deſcriptiones ſpecierum Europæarum aut exoticarum, in hortis vulgo cultarum.

In quatuor primis voluminibus tam juſta deſideria adimplevimus, poſtea varias diſſertationes quæ philoſophiam Botanicam illuſtrare poſſunt, methodice eas adunando cum cujuſque analyſi, primam fundamentorum botanicorum partem conſtituentes propoſuimus.

Nunc ſequitur tertia collectio duos egregios Linnæi partus exhibens ſcilicet philoſophiam Botanicam, nec non Criticam Botanicam, opus nunc vix ſummo pretio inveniundum. Quoad Philoſophiam Botanicam, ſufficit allegare cenſuram Halleri, qui Linnæi inimicus quando Bibliothecam Botanicam evulgavit, certe ad falſas, non meritas laudes projiciendas non erat diſpoſitus. Philoſophia Botanica, inquit Hallerus, *tomo primo*, *pag.* 250. Opus magni momenti & multi laboris, cujus fructus in breves aphoriſmos collecti hic habentur; omittimus hiſ-

torica, ſequuntur partes plantarum & floris & nectaria, multa & pulchra de floribus plenis, viventium e principio quamque ſpeciem, unico pare conſtitiſſe, pro ſexu ſtirpium & fœcundatione tubæ per antherarum pollinem, novas ſpecies naſci, a fructificatione, ut vocat, characteres generum ſumi debere, habitum clanculum conſuli, florem tamen fructui præfert, iterum critica de nominibus, nomina trivialia, contra varietates quas plurimas admittit, notas diſtinctionum mavult à minimis ſumi particulis, vires claſſicas defendit, terminos technicos iconibus explicat, &c. Hæc Hallerus. Sed alii ſummi Botanici quot egregia admirationis teſtimonia reliquerunt; hoc opus laudarunt egregius Geſnerus, Gleditſchius: canones philoſophiæ Botanicæ tanquam leges ſacras agnoſcit, nullo fere excepto, judex competens Gouanius; lepide in epiſtola quam noviſſime accepimus, hos canones in Botanica novum & antiquum teſtamentum vindicat; his aphoriſmis & demonſtrationibus cum exemplis allatis, ſcientia vera Botanica ſtabilita fuit.

In Critica Botanica, parte quarta Fundamentorum Botanicorum, uberius deducit doctrinam quæ agit de nominibus plantarum: generum nomina vult ſibi ſtare, neque ab ulla ſimilitudine deduci, neque barbariem ſapere, nomina Clariſſ. virorum in plantis ſuadet dedicari, rectius quam Vaillantius, nomina ſpecierum jubet definitionem exprimere ſuæ plantæ, ideoque Riviniana & Bauhiniana rejecit. Multum hoc opere ſibi conflavit invidiæ auctor, quo valuit rationem reddere, cur nomina in re herbaria recepta undique rejecerit: hæc Hallerus. Alii in Juvenili opere anni 1737. Scilicet ætatis autoris 29, fundamenta novæ legiſlationis in Botanica invenerunt, mirati ſunt omnes, rerum judices, valorem argumentorum quibus principia nomenclaturæ ſtabilivit: interſparſæ plurimæ annotationes hiſtoricæ & criticæ, nunc etiam hodie ſumma cum voluptate leguntur, inter has infortunia præci-

puorum Botanicorum, quaſi pictura ſub calamo autoris apparent.

Hujus egregii Linnæi fœtus deficiebant prorſus exemplaria, unde gratiam aliquam obtinebimus, qui denuo typis illum mandavimus. Sequitur nunc vita Linnæi in qua præcipua autoris fata candide abſque bile, necnon abſque adulatione proponuntur, addita ſimplici ennarratione meritorum tanti viri. Undique eventa collegimus; olim Clariſſ. Murray, Profeſſor Anatomiæ Stokolmenſis, Carus Linnæi diſcipulus, non nullas pretioſas anecdotas nobis dictitavit, quas noviſſimè confirmavit Clar. Schmith, ille qui bibliothecam Linnæi necnon muſæum & herbaria coemit; alias in epiſtola Linnæi ad Hallerum quoad prima vitæ ſtadia, Linnæanis verbis, expreſſimus. Filum narrationis ſuppeditavit Clar. Coxe, Anglus (*) qui in itinere Suecico notitiam vitæ Linneanæ elegantem & veram addidit, ſed qui vult ſerio ſtupendas tanti viri animi dotes cognoſcere, legat nocte dieque immortalia ejus opera, & poſt centiſſimam lectionem, iterum novos maturos fructus obtinebit: attamen, lugens dicam, vivens Linnæus undique fuit vexatus: ſciunt omnes quam dure in Academia Upſalienſi tractabant illum Roſenius & Vallerius; in Anglia Dillenius non tantum frigide accepit Linnæum, ſed ignarum fere

(*) Hic ſapiens viator plenam meretur fidem; ſimiles fere regiones peragravimus, ubique tum in itinere Helvetico, tum in Polonico, ſagacem obſervatorem invenimus. Hac occaſione, accipiat Clar. Autor, gratiarum actiones noſtras, ob honorificam notitiam quam dedit laborum noſtrorum in Lithuania: teſtis oculatus, ſedulo hortum regium Botanicum perluſtravit quem primus in Lithuania colui; vidit collectionem 1100 ſpecierum plantarum in tractu Grodnenſi indigenarum, adde numeroſas inſectorum, avium, quadrupedum ſpecies, necnon ſtupendum numerum petrefactorum & lapidum, in ſola Lithuania collectorum.

depingebat Hallero, qui ipſemet tam candido animo a Linnæo laudatus, vix debitas laudes reddere viciſſim potuit : vide ſupplementa Agroſtographiæ Scheuzeri : quid dicam de noſtrorum cenſuris ! Quis pacata mente duras eloquentis Plinii noſtri contra Linnæum voces legere poteſt ! Quis præfationem celebrem Adauſonii, depoſitis armis, evolvere poteſt ! Quaque pagina carpendo Linnæum, moroſus cenſor pauciſſimos obtinuit aſſeclas.



DE VITA ET MERITIS LINNÆI.

CAROLUS LINNÆUS, filius natu major Nilſii Linnæi, Presbyteri Sueci, natus eſt 24 Maii, Anno 1707, in loco dicto Rœshult Provinciæ Smolandiæ. Infans adhuc quaſi inſtinctu quodam naturali, naturæ productorum amaſius evaſit, ſemper lætus erat quando in horto patris plantas videre aut inſecta capere poterat, anxius & præceps, nomina cujuſque plantæ petebat; vix decem annorum natus, jam excurſiones botanicas peragebat, novaſque plantas ſeu nondum viſas in hortum afferebat.

Anno 1717, in urbe Vexio, pro ſtudiis inchoandis miſſus fuit: hanc ſcholam dirigebat Lanarius, qui juvenis Linnæi amorem pro plantis agnoſcens, libenter excurſiones botanicas permittebat, ſed tali ardore has proſequebatur floræ alumnus, ut miſſis aliis ſtudiis, plantas & inſecta, die & nocte, mente volvebat, unde anno 1724, pater Linnæi, nullam aptitudinem pro ſcientiis in filio ſperans, ſutori, pro diſcenda hac vili arte, ſerio committere illum voluerit; ſed magna felicitate pro Linnæo & ſcientia naturali, medicus vicinus, nomine Roht-

man, prævisa juvenis sagacitate pro historia naturali, sustinendum esse declaravit, famamque futuram prædixit, unde pater hortationibus hujus medici serio in posterum educationem medicam filii promovere voluit; ex hac die eodem Rohtmano erudiendum concessit, iste libros botanicos juveni dedit, illique prima asclepiadeæ artis rudimenta enodavit: tunc tantum Linnæus progressus stupendos exhibuit.

Anno 1727, missus in universitate Lundinensi, prima botanicæ systematicæ, à celeberrimo Stobæo principia accepit; libros numerosos historiæ naturalis evolvere potuit, quaque hora collectionem avium, fossilium, concharum, mineralium, plantarum luculentam videre, describere, coordinare potuit, vivarum plantarum characteres genericos cum figuris Tournefortii elementorum, quæ Rothmani munere possidebat, verificare potuit. Jam artem præparationis, dessicationis plantarum callebat, unde herbarii jam hoc tempore primos fasciculos coordinare potuit: non modo dies integros collectioni, verificationi plantarum consumebat, sed sæpe sæpius ardore acris ingenii abreptus totas noctes lectioni librorum celeberrimorum Botanicorum impendebat; Stobæus suspicans alios minus laudabiles jocos, Linnæum media nocte aggreditur, aperta janua, alacrem juvenem, summos viros, Cesalpinum, Bauhinos, Columnam, consulentem invenit: furtim juvenis hos libros e bibliotheca Stobæana extraxerat ut liberiùs devorare posset: ab hâc horâ, miratus alacritatem Linnæi Stobæus, bibliothecæ liberum usum concessit.

Eodem anno aliam partem historiæ naturalis enodare tentavit Linnæus; quærens plantas, colligebat insecta, eadem methodo similia cum similibus coadunando, jam fundamenta invenit novæ dispositionis; jam his annis plurimas ignotas species descripsit, genericos characteres stabilivit.

Anno 1728, Upsaliensem Academiam adiit; sed vix salutata

hac summorum virorum alumna Minerva, vix disposita ratione studiorum, variis fatis spem omnem amisit: nihil sperans a parentibus, tali paupertate fuit vexatus Linnæus, ut calceos condiscipulorum vetustos, corrosa solea, cum thesibus agglutinatis, roborare debuit. His ærumnis pressus, pretiosissimas horas studiis caris tollere debuit, docendo prima Rudimenta latinitatis, usquequo magna felicitate invenit Olaum Celsium theologiæ professorem, historiæ naturalis in Suecia restauratorem; hic vir sapiens sæpe sæpius alacrem Linnæum plantas sedulo inquirentem perspexerat, illiusque stupendam sagacitatem in impositione nominum cognoverat: tunc Celsius hierobotanici materiam colligebat, in isto singulari opere plantas in sacra scriptura propositas determinare voluit: pro difficili hac inquisitione utilem Linnæum suspicavit, unde commoda vitæ, mensam, domicilium libenter illi concessit, & quod non omittendum, dives postea Linnæus, semper grata mente, summo cum honore, Mæcenatem Celsium nominabat. Paulò post Olaus Rudbeck, medicinæ ac Botanicæ Professor, Linnæi progressus in historia naturali miratus, tantum virum occupare voluit, unde non modo Studiorum filii directionem illi concessit, sed sæpe doctrinam in Academia Botanicam illi commisit. Tunc Linnæus 23 annorum natus in lectionibus publicis jam principia sua philosophica botanicæ, alumnis proponebat, tunc sicut antea, die herbationes peragebat, vel lectiones academicas proponebat, de nocte autem lectione aut meditatione detentus, novæ methodi quam jam conceperat, varias sectiones disponebat.

Anno 1732, adiit Linnæus Laponiam, quam summo labore, repetitisque periculis, fere totam, primus naturalista peragravit, trecenta milliaria solus peragrans, semper iter pedibus faciens, sæpe sæpius ventorum furores, caloris urentis radios, eadem die tolerans frigoris duras constrictiones: post reditum docuit

iv

docimaſticen & Botanicen per integrum annum, ſed nonnulli, præſertim medicus, nomine Rozen, Linnæani fulgoribus ingenii obfuſcatus, decretum Senatus Academici obtinuerunt, quo jus profeſſoris Linnæo ſublatum: hoc ultimæ fortunæ ictu percuſſus, triſtis ac mœrens Upſaliam dereliquit. Iter ingreſſus eſt Dalecarliam, ſic providente deo, facto itinere, rediit in primariam urbem iſtius Provinciæ Dalecarliæ Salhunam: ibi docuit mineralogiam, divites fodinas ſedulo examinavit, praxim exercuit minimam, amatus ab omnibus, permanſit per menſem: erat ibi medicus quem divitem dicere non erubeſcebat vulgus, imo erat inter omnes in iſta pauperrima provincia ditiſſimus, nomine Morœus, vir etiam inter Sueciæ medicos doctrinam ſi ſpectes facile ex primis: vir iſte nullum vitæ genus medicinæ inferiorem, praxim hic ſpectans, eſſe millies jure meritoque pronuntiavit. Linnæum interim amabat, adiit hic igitur domum ejus, non ſemel gratus ipſi hoſpes; filiam habuit & aliam ætate inferiorem, pulchram, quam ambiebat liber Baro quidam fruſtra: vidit, obſtupuit Linnæus, præcordia intima ſenſit, attonitus, novis intumuiſſe curis; amavit: illa tandem victa blanditiis, Linnæum amavit, promiſit, dixit: fiat. Patrem alloqui erubeſcebat Linnæus pauperrimus, dixit tamen, voluit & noluit, Linnæum amabat, ſed non fata Linnæi; dixit: intacta permanebit per tres annos, dicam tunc demum; compoſitis rebus ad iter neceſſariis, exivit patriam Linnæus, 36 nummis aureis dives, promotionem medicam mox obtinuit, redire magno ſuo cum commodo non potuit, nimium morans Amburgii, diſſipavit pecuniam, permanſit in Belgio aliquando pauper. Tandem ſuadente magno Boerhaavio, horti Cliffortiani curam obtinuit; tunc munificentia novi Mæcenatis, præter ſtipendia copioſa, ad 300 nummos aureos pro anno, exoticas plantas numeroſiſſimas, tum vivas, tum rite deſſicatas enucleare potuit, vivens in bibliotheca Cliffortii, pretioſio-

ribus libris botanicis ditata, ſic per biennium placide cum muſis agere potuit, hocque brevi ſpatio plurima eruditionis, necnon profundæ cognitionis botanicæ, orbi erudito tradidit; his etenim duobus annis edidit fundamenta Botanica, Bibliothecam Botanicam, muſam Cliffortianam, methodum ſexualem, floram Laponicam, Criticam Botanicam, claſſes plantarum. Sed quod mirum, novem menſium ſpatio immenſas gaſas horti Cliffortiani ſeu voluminis in-folio redegit, typiſque mandavit: præter ea, ſubciſivis horis, ſparſas Artedii obſervationes coadunavit, egregiumque opus ichthyologiæ (*) Arte-

---

(*) Artedium amicum habuerat Linnæus in Academia Upſalienſi, ſicut Linnæus pauper cum ſummo ingenio erat Artedius: ambo fruſtra ſtipendia univerſitatis pro pauperibus ſtudioſis petierant, ambo omnes partes hiſtoriæ naturalis colebant & ardenter amabant; veri amici, nulla vigente invidia, mutuo detecta & cogitata ſibi communicabant: ambo ſimilia philoſophica principia aut potius logica pro hiſtoria naturæ occupaverant. Artedius ſicut Linnæus Upſaliam dereliquerat paucis onuſtus nummis, quos in itinere anglico diſſipaverat. Magna felicitate, Lugdunum Batavorum viſitans, invenit amicum Linnæum, qui dura fata Artedii cognoſcens, laborem utilem, gratum & commodum apud ſenem pharmacopolam Amſtelodamenſem Sebam procuravit. Iſte ſummis impenſis innumeras naturæ gaſas collegerat; ſed vix ſolus diſponere, deſcribere poterat. Artedius ejus piſces recognovit, denominavit, raras novaſque ſpecies deſcripſit; una nocte caliginoſa, poſt cœnam lepidam & gratam apud Sebam, domum petens, cecidit in foſſam, fruſtra opem petens ſubmergitur: Sic in aquis deſtruitur, vix trigeſimum adæquans annum, ichthyologorum princeps.

Tertia die Linnæus de morte inopinata amici, triſtiſſimum accipiens nuncium, ab horto Hartecampenſi Amſtelodamum petit: hoſpes interim privilegio obtento a Magiſtratu, tum pro ſepulturæ, tum pro menſæ ſumptibus, manuſcripta defuncti retinebat. Sebam adeuns Linnæus, durum invenit ſenem, qui pro tanto labore Artedii quinquagenta florenos offerebat; tunc indignatus Linnæus, Cliffortium ſuum adiit, qui ſemper ad officia paratus, ſolvit omnia,

dianæ, certe non curante Linnæo periturum, conservavit, sed qui stupendos hos labores rite ponderare volunt, attendant, hoc toto tempore, Linnænm horti Cliffortiani præfecturam habuisse, quæ plerasque dies consumebat.

Eodem fere tempore Angliam petiit Linnæus, doctos hujus insulæ naturalistas vidit, Sloanium præsertim & Dillenium, qui jam senes frigide juvenem amplexi sunt : male habuerunt virum, qui doctior, corrupta domus fundamenta cognoscens, novas scientiæ ædificationes audacter proponebat; attamen Sloanio litteras Boerhaavii obtulerat Linnæus, in his hæc servanda gravissima verba exarata erant : *Linnæus qui has tibi dabit litteras, est unice dignus te videre, unice dignus à te videri; qui vos videbit simul, videbit hominum par cui simile vix dabit orbis.* Quoad Dillenium qui vult cognoscere, quam frigide Linnæi sagacitatem judicaverit, legat epistolas ab Hallero publicatas, præsertim epistolam 337.

Vivens in Hollandia Linnæus, gravissimo morbo, affectione hypocondriaca, febre soluta, diu vexatus fuit; tunc desiderio vehementi promissam uxorem & patriam petebat; qua propter utiles propositiones à Botanicis peractas neglexit. Vernali tempore humidas Hollandiæ civitates dereliquit. Interim amicus fictitius litteras amicæ ad Linnæum per tabellarios continuo

---

generosoque actu manuscripta Artediana Linnæo intacta tradidit. Iste etiamsi obrutus propriis negotiis, summa alacritate textum autoris emendavit, sparsas annotationes coordinavit, manca supplevit, paucisque mensibus elapsis, post Artedii mortem, nitidis typis egregia opera evulgavit. Nunc clamitent duri censores! invidum fuisse Linnæum, parem sibi agnovit in scientia naturæ Artedium, potuisset nihil agendo, tanti viri famam suffocare, sed post fata vere amicus, propria negotia negligens, amico, stupendo labore æternum nomen concessit.

transmittebat, diu sancte præstitit; ultimo anno 1738 quo apud Royenum botanicæ Professorem vixerat Linnæus, quod erat quarto anno (non enim socer plures quam tres concesserat annos & hoc quidem nutu sponsæ) sibi utilem absentiam Linnæi judicavit esse amicus ingratus, Linnæi enim recommendatione factus fuerat Professor, mox Linnæum non reversurum in patriam demonstrabat, sponsam Linnæi ambiebat, fere obtinuit, ni intervenisset alius fallaciam qui prodidit : punitus & ipse fuit postea mille fatis adversis. Hoc novo gravissimo momento propulsus Linnæus, derelicta Hollandia, Parisios petiit; hic cognitis Botanicis hujus temporis, præsertim Bernardo Jussiæo, quem stupendum virum appellabat, perlustratis herbariis Tournefortii & Vaillantii, verificatis orchidibus ultimi, nam vernalis vigebat tempestas, absque mora, citato itinere, Stockolmiam salutavit. Miratus ab omnibus in Hollandia, Gallia, Anglia, bona mente credidit reducem in patriam eodem favore, similique fama excepturum; ast stupore magno frigide salutatus fuit a concivibus : redibat sanus sed pauper; puella illum amabat, sed paupertas socerum fatigabat. Sedem fixit Holmiæ, irrisus ab omnibus ob botanicam, nullus dixit cum grata mente, quot insomnes noctes & laboriosas horas transegerat, quam vero a Siegesbekio erat annihilatus, omnes uno ore, acclamabant. Non erat qui vel servum Linnæo curandum offerebat : medicus erat, in omnibus partibus scientiæ versatus, sed medici famam maximi ingenii futuram invidentes, nihil nisi herboristam pauperem agnoscebant; ubique Linnæum tanquam collectorem plantarum pingebant. Sic transegit vitam, quocumque potuit modo, tamen honeste; incepit praxim exercere valde lente, sed brevi fata cessarunt adversa, & post diuturnas nebulas phœbus emersit : ad primates accersitus, cessere omnia secunde, nullus æger sanabatur, Linnæo non presente, pecunias accepit : ab hora quarta matutina in seram

vesperam ægros adibat , noctes apud ægros consumebat, tunc dicebat heu ! dat Esculapius bona omnia, flora vero solos Siegesbeckios. Tunc firma mente, interdixit floram , quot collegerat adversaria numerosissima , æterno pulvere sepelienda millies decrevit , sed aliter statuerant meliora fata : in aula regia magnates erant plurimi scientiæ naturalis amasii , qui Linnæum cognoscentes, mirati , non judicaverunt sicut medici : inter hos eminebat Magnificus Tessin , curiæ Marescalius, in mineralogia & zoologia peritus ; inter hos Clariss. de Geers, entomologiæ totus deditus ; hi Linnæum bona mente tam solide laudarunt apud magnates & regem, ut mox primarius medicus classis navalis constitutus fuit : paulo post in conventu civium Botanicus regius , ut publice , in regia sede Stockolmiæ, Botanicen doceret , cum stipendio annuo declaratus fuit.

Tunc vir summus maledictiones quam sæpe sæpius contra floram vomerat negligens , iterum incepit amare plantas ; eodem tempore sponsam adiit , tunc quinquennem , tunc vere dignus thalamum intravit sponsæ & uxoris : socer tamen pecuniis delectatus nec generi facile concessit, sed nec opus habebat, dicens : quid ad me ! qui à me generetur habebit.

Mansit Stockolmiæ Linnæus ab anno 1738 ad annum 1741. Hoc tempore Botanicam docebat , Collegium mineralogiæ instituit, musæi Tesseniani descriptionem exaravit, regi & reginæ, commendatione ministri Tessin Carus, historiæ naturalis amorem reginæ Ulricæ tali modo excitavit, ut serenissima paucorum annorum spatio , stupendam collectionem animalium, quadrupedum, avium, insectorum, conchylium in palatio dicto Drottningsholn, collegerit, quorum omnium postea Linnæus descriptionem dedit, cum titulis musæorum principis & reginæ. Eodem fere tempore, Stockolmiæ constituta est Academia, & quod probat quanto favore ab omnibus erat tunc acceptus , primus hujus præses fuit constitutus.

Anno 1741 mortuus eſt Upſaliæ Robergius, anatomiæ necnon medicinæ praxeos profeſſor, hujus cathedram facile obtinuit Linnæus : paulo ante Rozenius, Rudbeckii cathedram obtinuerat, ſcilicet Botanicæ: anno 1742, bono ſcientiarum fato, Rozenius cathedram Botanicæ Linnæo reliquit, ſervans propenſo lectiones anatomicas & clinicas. Tunc Linnæus, antiquo hiſtoriæ naturalis fervore accenſus, praxim clinicam neglexit, totumque ſe Botanicæ, Zoologiæ & Mineralogiæ tradidit. Director Botanici horti declaratus, qui vix tunc centum exoticas plantas alebat, mox illum mille & ultra ditavit. Ab anno 1741 ad annum 1778, Linnæus Upſaliæ vixit, præter nonnulla itinera Stockolmiæ pro muſæo reginæ & in variis provinciis Sueciæ pro hiſtoria naturali : quolibet anno, non modo lectiones publicas Botanicæ dabat, ſed etiam privatas lectiones hiſtoriæ naturalis; quin immo varias partes Medicinæ colebat, ad mentem Sauvageſii, noſologiam methodicam docebat; ſtatuendo genera & ſpecies morborum. Æſtate & vernali tempore excurſiones frequentes tentabat, in his quidquid occurrebat, alumnis numeroſis demonſtrabat, quos ſparſos in campis, ſonitu timpani colligebat.

Interim tanti viri fama ubique extendebatur : Hiſpaniarum rex obtulit Linnæo, 2000 nummorum aureorum, quolibet anno, ſi Madritii hortum, pro docendâ hiſtoria naturali occupare vellet; non modò hanc vocationem recuſavit, amore erga regem Sueciæ & patriam detentus, ſed etiam ſimilem ab Imperatrice Ruſſiæ pro Petropoli, & a rege Anglorum pro Goetinga oblatam; attamen non ingrata fuit patria, mox creatus fuit eques ſtellæ polaris & paulopoſt ordini nobilium adſcriptus fuit. Stipendiis conceſſis mittere potuit alumnos in regionibus remotiſſimis; ſuadente Linnæo, Kalmius Americam ſeptentrionalem peragravit, Haſſelquiſt Paleſtinam, Ægyptum, Hosbeckius, terneſtroem Chinam, Rolander Suri-

namium, Loefling Hifpaniam necnon Americam feptentrionalem, Forskal Arabiam; Tunnberg promontorium Bonæ Spei, Japoniam; fic Linnæus laboribus Difcipulorum quafi multiplicatus, numerofiffima naturæ producta juxta rigorem principiorum fuorum trutinare potuit; fic folus, vivens in regione frigidiffima, vix fovente evolutionem fpecierum, numerofiores fub legibus feveræ methodi reducere potuit fpecies, quam omnes fimul fumpti anteceffores. Tandem ftudiis & annis debilitatus, initio Maii, anno 1774, in horto Academico lectionem alumnis præbens, apoplexia percuffus fuit; vix ab hac die movere membra potuit, autumno tamen paulo fublevatum fe dicebat, contemplando centurias plantarum Surinamenfium a rege miffarum, quæ in fpiritu vini fervatæ omnes partes fructificationis oftendere poterant. Junio anni 1776, fecundo ictu apoplexiæ percufus fuit, quo tali modo debilitatus, ut claudicans, vix membra movere poffet, nec, modo diftincto, voces proferre, nec fcribere poterat: paulo poft hemiplegia detentus, lecto affixus manfit, mente debili, memoria fere nulla: tandem febre & hydrope detentus, mortuus eft ætatis fuæ feptuagefimo primo, decima Januarii, anni 1778. Jam ab anno 1762, tali modo debilitata memoria, ut vix nomina Cariffimorum Amicorum retinebat: hoc phenomenon ficut afferebat ipfe Linnæus, futuræ apoplexiæ prodromus erat.

Linnæi reliquiæ, in Ecclefia primaria Upfalienfi, cum fummo honore depofitæ fuerunt, impenfis regis maufoleum erectum, cuffumque numifma, in quo confternatio fcientiæ naturalis depingitur. Quin imo in conventu ordinum regni, ipfemet Rex, in Oratione quam publice habuit, tanti viri jacturam, honorificis verbis nuntiavit.

Linnæi parva erat ftatura, corpus tenue, fed juxta accuratas prorportiones modificatum, nafus fubaquilinus, oculi parvi, fed fulgentes, alacer & cholericus, fed cito pacandus.

Etiam dives, œconomus semper mansit, sed non avarus, diu pauper, honeste tamen vivens, antiquæ parsimoniæ consuetudini submissus, non frustra pecunias perdebat; sed amicos possidens, splendide illos tractabat & pro studiosis pauperibus, per plurimos annos magnam pecuniæ summam concessit. Favore Regis, Lectionibus Publicis, stipendiis Academiæ, venditione manuscriptorum sat dives evasit, ut ultimis annis duo magna prædia, non longe ab Upsalia emere potuerit. Quatuor filias reliquit, & unicum filium, successorem patris in Cathedra botanica, qui jam notus a doctis tum decuriis plantarum, tum supplemento, præmatura morte abreptus obiit 1783. Post mortem filii studiosus Medicinæ Anglus nomine Schmiht quem Peritissimum botanicum, his diebus, Lugduni Gallorum cognovimus, pretio 2000 nummorum aureorum ab heredibus coemit omnia superlectilia patris, Libros, manuscripta, herbarium musæum: sic singulari fato monumenta ingenii Linnæani ad alias gentes nunquam redemptura transierunt.

His præfatis de Vita immortalis Linnæi, nunc merita tanti viri in historia naturali, absque præjudiciis ponderare juvat, saltem quoad botanicam. Quidquid de hac scientia proferri potest, aut Philosophiam, seu principia artis Logica spectat, aut praxim, seu determinationem, descriptionem specierum cum figuris, aut praxim veram seu applicationem cujusque speciei pro alimentis, venenis, medicamentis, artibus variis, œconomia rurali, œconomia naturæ. Ante Linnæum plurimi varia hæc momenta tetigerunt: laboribus Raii, Jüngii, Tournefortii, plurimi canones Logicæ Botanicæ, quoad nomenclaturam, tecnica nomina, quoad genera condenda, quoad species, fuerant propositi: certe apud Volkamerum descriptiones sat accuratæ plurimorum generum inveniuntur observationibus Morisoni, Ammani necnon ipsius Volkameri confirmatorum: certe apud Tournefortium, Rivinum, Ruppium, Dillenium, Michelium numerosa genera rigorose juxta sanas artis regulas fuerant

descripta ; quoad species, unitis laboribus Clusii, Bauhinorum, Tournefortii, Rivini, Raii, Dillenii, Michelii, Barrellerii, aliorumque, numerosissimæ, tali arte fuerant descriptæ, necnon delineatæ, ut quisque postea recognoscere posset, unde paucæ in Europa manebant novæ inveniendæ. Quoad usus jam, medici Botanici innumera collegerant asserta circa alimenta, venena, necnon medicamenta; sparsa non pauca manebant artem tinctoriam illustrantia, Rajus numerosas observationes œconomiam rusticam lucidantes proposuerat. Jam Grewius, Malpighius anatomiæ & physiologiæ nodos plurimos extricaverant; Rajus methodum naturalem quærens, plurima hujus fragmenta sequendo semitas Morisoni, invenerat; Rivinus methodi artificialis telam lepidam a numero segmentorum corollæ contexuerat; Tournefortius figuram aut absentiam Corollæ perspiciens, nec naturæ semitas negligens, facilem proposuerat methodum, quæ numerosa fragmenta naturalis salva servabat: hi sectiones methodi a fructus natura desumebant, alii pro classibus condendis fructum retinebant.

Tam stupendi erant horum omnium labores, ut Botanicæ ædificium jam ad tectum elevatum appareret; attamen hæc omnia perspiciens Linnæus, sparsa tantum doctrinæ membra invenit: a natura ardente animo instructus, acerrima imaginatione, ingenio systematico, opportunitatibus usus copiosissimis, cum ex universo orbe, undique ad eum certatim, naturales thesauri confluerent, omnibus sui animi viribus, quas possessit maximas, in novam rei herbariæ constitutionem incubuit, nullamque scientiæ partem intactam reliquit : sed quod mirum, vix 28 annorum natus, omnes botanicæ latebras trutinaverat, omniaque principia quæ in posterum proposuit, jam firmiter tenebat.

Quoad philosophiam seu logicam artis, statuebat tot technica nomina proponenda, quot natura in plantis exhibuit subjecta, aut attributa subjectorum : igitur sub oculis occupans omnes partes

partes plantarum illarumque omnes modificationes, tot elegit apud antiquos & recentiores nomina ſubſtantiva & adjectiva quot invenit. Quoad partes aut attributa partium quæ anteceſſores neglexerant, nomina illis imponere debuit, unde veniunt nova aliquot nomina. Hæc omnia, tum ſubſtantiva, tum adjectiva, rigoroſis definitionibus circumſcripſit, horum plurima figuris illuſtravit, tum in philoſophia botanica, tum in horto Cliffortiano & ultima vice ad 700, in diſſertatione cui titulus eſt termini Botanici, & fatendum quiquid clamitaverint invidi, ante Linnæum nomina technica vix apud varios autores, firmiter fuiſſe ſtatuta, pauca horum rite definita: Jungius & Tournefortius plurima figuris aut definitionibus illuſtraverant ſed numeroſa adhuc deſiderabantur, ſicut apparebit Linnæi in hac parte conferendo laborem cum tentaminibus anteceſſorum.

Sic ſtabilito ſcientiæ fundamento, ſemper ductus ſanæ logicæ filo, perſpicit Linnæus, quomodo tuto mens humana abſtractivas ideas objectorum formare poſſit, hiſque innumera naturæ producta coordinare. Has operationes pro Botanica inquiſivit in opuſculis, cui tituli ſunt, Fundamenta Botanica, Critica Botanica, Philoſophia Botanica. In his tribus operibus tum in annotationibus horti Cliffortiani, floræ Laponicæ, & in variis Diſſertationibus academicis, ſtatuit quid claſſis, ordo, genus, ſpecies, varietas, quæ claſſi, ordini, generi, ſpeciei, varietati, nomina ſunt imponenda; claſſis ſtatuitur, abſtrahendo unam partem fructificationis numeroſis Plantis communem, ordo alteram abſtrahendo in paucioribus obſervandam, genus ſumendo omnes fructificationis partes, earumque modificationes, quæ inveniuntur in ſpeciebus, quæ aliter differunt aut caule, aut foliis, aut radice, aut diſpoſitione florum. Species agnoſcit quando plantæ præcipua fructificationis attri-

buta communia offerentes, figuram variam foliorum, dispotitiones florum, caulem varium exhibent.

Certe ante Linnæum, leges tutæ pro generibus, fuerant à Tournefortio ſtatutæ, ſed propoſitis numeroſioribus fructificationis partibus illarumque attributis, pleniores generum deſcriptiones exarare potuit, etiam ſevere eliminando alias partes plantæ, quas paſſim adduxerant Tournefortius & Boerhaavius pro ſtabiliendis generibus. In opere ſtupendi laboris, cui titulus eſt, *Genera Plantarum*, attributa mechanica tantum proponendo, ſeu figuram, ſitum, numerum, proportionem, ſevere eliminando accidentalia, à ſapore, odore, colore, omnes pro quoque genere floris partes deſcripſit a calice ad maturitatem fructus, unde genera Linnæana omnibus methodis peractis aut excogitandis inſervire poſſunt. ſic exarata genera, naturalia fuerunt denominata, ſic nati ſunt caracteres generum. naturales, ſed vitium in his mox apparuit deſcriptionibus, numeroſa attributa plurimis vicinis generibus communia oſtendebant, unde contra Leges abſtractionis peccabant fere omnia. Hæc videns Linnæus, acumine mentis, ſegregavit attributa cuique generi propria, ſicque ſtabilivit characteres generum eſſentiales, qui in plurimis generibus ab una tantum parte offeruntur, ſicut in ranunculis à nectariis, &c. in aliis præſertim familiis naturalibus à plurimis deſumuntur. Sic genericis characteribus naturalibus & eſſentialibus peractis, ſpecierum notas characteriſticas eodem Logicæ filo ductus eruere tentavit Linnæus. In hac innovatione omnia ſeculi præjudicia percutere debuit; Tournefortius & aſſeclæ tot numerabant ſpecies quot minima accidentalia attributa apparebant in variis plantis, ex magnitudine abſoluta, ex colore, odore, ſapore, aliiſque vix perennantibus, Linnæus firmo animo pronunciavit, tot tantum ſpecies adeſſe veras quot modificationes in plantis ejuſdem

generis, à ſitu, numero, figura, proportione radicis, caulis, foliorum, etiam florum, in attributis quæ characteres genericos non conſtituerant.

Hoc novo aſſumpto canone, uno ictu abolivit, innumeras ſpecies Bauhinianas, Raianas, Tournefortianas, Michelianas aliorum que. Poſtea ſtatuit Linnæus definitionem characteriſticam cujuſque ſpeciei, tot tantum attributa exhibere poſſe, quot abſolute neceſſaria pro abſtrahenda idea characteriſtica ab aliis congeneribus; unde nulla adhibenda, ſi unica in genere adſit ſpecies, unum tantum attributum in genere quod duas tantum complectitur ſpecies & ſi centum adſint in genere, vix duodecim attributa evadere neceſſaria. His poſitis noviſſimo labore Clariſſ. Reformatoris pro omnibus ſpeciebus definiendis natæ fuerunt breviſſimæ phraſes, quæ attributa conſtantia tantum exhibebant: Unde abolitæ fere omnes definitiones anteceſſorum utpote arbitrariæ ſeu nullis Legibus ſubmiſſæ, quæ rariſſime differentias eſſentiales oſtendebant. In hac parte ſcientiæ eminuit Linnæus, ante hunc laborem paucæ veræ differentiæ ſpecierum fuerant allatæ. Tournefortius tamen quotieſcumque phraſes Caſpari Bauhini non accepit, quotieſcumque rigore methodi novas proponere debuit, præſertim pro novis detectis ſpeciebus, egregias notas in breviſſima phraſi allegaverat, ſed ſæpius peccaverat contra canonem Linnæi, qui nullam admittens in phraſi, ſpeciei relationem cum altera, characteres eſſentiales ſpecierum Tournefortii vix guſtare poterat. Attamen rem rite ponderando ad bilancem ſeveræ Philoſophiæ, ſolidior cognitio humana, nonne ex comparatione productorum naturæ evolvitur; ſic Ariſtoteles pulcherrima veræ ſcientiæ monumenta in hiſtoria animalium reliquit, ſic ad nutum hujus hiſtoriæ naturalis conditoris, poſteri fere omnes, naturæ producta deſignabant, nova cum notis comparando; hanc methodum optimam agnoverunt noviſſime ſummi viri Buffo-

nius & Adanſonius; ſed hanc pertinaciter rejecit Linnæus, aſſerens audacter, quodque objectum exhibere debere præſentia attributa rite definita, pro diſtinctione ſpecifica. Unde proſcripſit omnes has definitiones comparativas, campanula Linifolia perſicifolio. Rite ſtatutis differentiis ſpecificis in horto Cliffortiano, flora Laponica, flora Suecica, horto Upſalienſi, ſpeciebus plantarum, in ſyſtemate Vegetabilium, ſcilicet ultimis annis vitæ, ad 8000 ſpecies, leges quoad varietates propoſuit: tot varietates agnoſcit, quot clima, ſolum, cultura, morſus inſectorum, mutationes in figura, colore, ſapore, odore partium procurare poſſunt. Hic egregia propoſuit circa plantas faſciatas, circa plenitudinem, duplicationem florum, aliaque accidentalia, unde eliminavit innumeras fictitias ſpecies anteceſſorum. Has omnes reformationes adoptando, methodum unius anteceſſoris proſequi potuiſſet, ſed ut in omnibus Legiſlator evaderet, novum prorſum ſyſtema Botanicum non modo excogitavit, ſed ad actum, toto vitæ curriculo perduxit, ſcilicet ſexuale a ſtaminibus & piſtilis deſumptum. Singulari fato omnes fere anteceſſores has minimas floris partes neglexerant. Ipſemet Tournefortius Stamina, has acceſſorias floris partes conſiderans, tanquam tubulos excretorios horum deſcriptionem ubique fere neglexerat; attamen ante Linnæum nonnulli rem accuratius perpexerant: in Germania Camerarius; in Italia Malpighius, in Gallia Vaillantius, ſtamina tanquam organa veræ generationis maſculina agnoverant, Boerhaavius has particulas ſæpe ſæpius indicaverat in deſcriptionibus generum, in Germania Burckhard jam ſyſtema ex his particulis efformandum ſuſpicaverat & propoſuerat, ſed fatendum, nullus ante Linnæum rem tam gravibus numeroſiſque periculis roboratam propoſuerat; ſolus ille in variis operibus, in Philoſophia Botanica, in Diſſertationibus Academicis, generationem plantarum polline ſtaminum peractam, ſolidis argumentis

ex observationibus innumeris stabilivit, solus jam ab anno 1732, scilicet 25 annorum natus, in actis litterariis Suecicis, floram Lapponicam proposuerat, in qua plantas in itinere Lapponico collectas methodo sexuali disposuerat : hanc methodum postea anno 1735, in systemate naturæ introduxit & anno 1737, jam ad omnia genera cognita scilicet ad 900, extendit; indeque variis annis, tum in variis systematis naturæ & generum editionibus, emendatam & locupletiorem proposuit, quam tandem omnibus numeris absolutam in systemate Vegetabilium anno 1775, attonitus orbis Botanicus perpexit, scilicet genera 1400 complectentem, subjectis speciebus circiter 8000.

Linnæus methodum suam sexualem mere artificialem centies pronunciavit; unde injuste plurimi illam cum naturali comparantes, vituperarunt; Linnæus anomaliis numerosis obnoxiam, præsertim propter varium numerum staminum & pistilorum, in plurimis generibus, primus ipsemet denunciavit; unde injustius tanquam in hac parte vitiosam rejecerunt alii invidi, probe scientes alias methodos ex figura, numero petalorum, eodem vitio laborare. In sua methodo Linnæus plurima fragmenta methodi naturalis servavit; attamen nulla methodus præter Rivinianam tam rigorose Leges stabilitas observavit. Difficilis est methodus Linnæana, præsertim in singenesiis, polygamiis, propter tenuitatem staminum & pistilorum, sed in singenesiis, una planta cognita, ex asserto observatoris omnes quinque stamina, antheris coalita offerunt, unde pro generibus definiendis, examinent alumni fundum receptaculi aut squammas calycis: sic facile species florum compositorum, sicut cum aliis methodis, ad genus desideratum reducere poterunt.

Stamina in plerisque speciebus, tam minimæ sunt partes, ut vix numerari possunt: Asserit Linnæus myops, solis oculis suis

has omnes fere defcripfiffe. Qui hunc virum imitari non poffunt, adjuventur lente criftalina, vix objecta adaugente; fed quod verum, pacato coævorum livore, nullum fyftema Botanicum adhuc excogitatum, ficut fexuale, tam ingeniofe fuit exaratum. Numerus ftaminum & piftilorum, proportio, fitus, connexio, occultatio, varias claffes concedunt: fic, dato hoc fyftemate, hæ floris præcipuæ partes, utpote generationis organa, novis fere omnibus, innumeris obfervationibus, juxta omnia attributa fuerunt profecutæ, fed ipfemet Linnæus non tanti fecit fyftema fuum, ut aliorum methodos contemneret, omnes utiles rite elaboratas pronuntiavit; hacque ratione motus, collegit varias in opere proprio, quam utiliffima analyfi difpofuit; vide claffes feu fyftemata plantarum, partem fundamentorum Botanicorum fecundam: hoc opus anno 1737, Lugd. Bat. typis mandatum nec ab autore pofterioribus curis recognitum, methodos tantum ad hanc epocham evulgatas proponit, poft hanc plurimæ methodi utiles a variis fuerunt evulgatæ Ludwigiana, Halleriana, Vachendorffiana, Gleditfciana, Adanfoniana, Allioniana: utinam claffes Linnæi peritus aliquis revidens fimili labore, fuo loco interponeret finopfim omnium harum methodorum, utiliffima tabula alphabetica etiam revifa has ditaret; fic hac fola tabula, uno ictu oculi, videre effet, quid quifque Botanicus pro incremento fcientiæ peregit.

Difpofitione productorum naturæ in claffibus, generibus, fpeciebus a Linnæo peracta, fub incude feveræ cenfuræ nomina claffium & generum fubmifit; hic adhuc magnam reformationem propofuit; plurima generum nomina utpote vitiofa delevit, primitiva uno verbo enuncianda tantum agnofcens, nec ab artibus nec ab aliis naturæ productis, nec a morali, nec ab ufu defumpta, plurima etiam recentiorum, præfertim Tour-

nefortii abolevit, hacque innovatione cenfuram mordacem coætaneorum toleravit : hanc innovationem damnarunt Dillenius, Ludvigius, Hallerus; attamen Linnæus modefte rationes mutationis offerens, liberum quemque reliquerat; fed nunc pacati funt animi, omnes unanimi confenfu Linnæana generum nomina coadaptaverunt. Quoad fpecies fero vidit Linnæus, præter definitionem cujufque, nomen unum adjectivum, aut fubftantivum undique libere fumptum, poft nomen genericum pro quaque fpecie effe neceffarium, fic facilius enuntiantur fpecies in materia medica, pro artibus & pro commercio feminum. Tandem anno 1748, ferio autor elaboravit nomina hæc trivialia dicta, indeque in omnibus editionibus operum fuorum botanicorum addidit; his peractis, plurima alia erant aut reformanda, aut elaboranda. Ante Linnæum adumbrationes numerofæ plantarum fuerant peractæ, fed harum plurimæ duplici vitio laborabant, 1°. nundum fufficientibus nominibus Technicis cum definitionibus propofitis, in defcriptionibus frequentes apparebant circumlocutiones pro exprimendis variis figuris. 2°. Plurimæ defcriptiones attributa naturaliffima continentes, omnibus claffis unius, aut fectionis communia, fæpe fæpius characteriftica omittebant; unde non addita optima figura, inutiles evadebant hæ defcriptiones pro diagnofi vera fpeciei. 3°. Plurimæ harum defcriptionum oratorio ftilo exaratæ, longiores evadebant. 4°. Pleræque comparativæ cognitionem aliarum fpecierum fupponentes, non erant picturæ, lineamenta neceffaria complectentes.

Linnæus hæc vitia non tolerans, in variis operibus, in fpeciebus plantarum, in flora Lapponica, in horto Cliffortiano, Upfalienfi, in amœnitatibus Academicis, in mantiffis plantarum, rariorum aut novarum juxta principia quæ in philofophia botanica propofuit, defcriptiones exaravit. In his, 1°. omifit

semper structuram naturalissimam ; 2°. tot substantiva, tot adjectiva allegat, quot sunt necessaria pro imitanda pictura totius plantæ ; 3°. solitariam speciem absque relatione considerans, inutilia judicavit verba activa : unde solis substantivis & adjectivis breves evaserunt descriptiones, quæ antea longissimæ, etiamsi imperfectæ, in plerisque operibus occurrebant ; sed impeditus numerosis negotiis, pro omnibus speciebus has descriptiones proponere non potuit ; simili fere methodo egregii n arte viri tales pro plerisque Europæis proposuerunt, scilicet Hallerus, Gouanius, Gerardus, Allioni, Jacquinus, Scopoli, Pollichius, Leersius, &c. &c. Sed nonnulli sicut Hallerus, nomina Technica a Linnæo definita, sæpe sæpius neglexerunt ; unde optandum esset ut aliquis saltem Europæarum omnium possidens specimina, has descriptiones ad normam Linnæanam reduceret : hoc solo labore, qui esset maximus, famam immortalem obtinere posset.

Legibus sancitis nomenclaturæ, methodorum, generum, specierum necnon descriptionum, alias partes scientiæ enodare aggressus est Linnæus : jam ab anno 1736, Bibliothecam Botanicam, primam fundamentorum partem proposuerat, hæc etsi parum plena est, nec subito potuit plena nasci, ingenii tamen sui autoris, ubique vestigia fert, tum in tabulis, tum in tota dispositione. Censuræ librorum ex fundo sunt erutæ & credere est, si in ultimis vitæ annis, iterum hoc opus recognovisset autor, plenius proposuisse. Sed hæc jactura minima est post opus eruditissimum magni Halleri ; hic in duobus voluminibus in-4°. non modo omnes libros ad Botanicam referendos, cum docta & impartiali censura proposuit, sed etiam varios qui varias partes, materiam medicam, agriculturam proponunt : in his recensionibus innumeri libri apparent, aut non reperiundi, aut minimi momenti ;

magnum eſt Halleri opus, magnique pretii; qui igitur pro alumnis tenuioris fortunæ, Bibliothecæ Linnæanæ, cenſuras Hallerianas, librorum vere Botanicorum, ad hoc tempus evulgatorum adderet, certe utiliſſimum opus perageret quod duo volumina in-8°. omni utili ſervato, adimpleret.

Ex his omnibus allatis videre eſt quantum Linnæus ſcientiam botanicam proprie dictam locupletaverit; veram hujus logicam creavit, novam methodum ſexualem introduxit; genera omnia naturalia retractavit, horumque mediam partem ad 700 characteribus ſtabilivit, ſpecies omnes differentiis veris ſpecificis munivit, novaſque ſaltem mille deſcripſit, plurimarumque primus figuras optimas propoſuit, tandem utiliſſimo propoſito omnibus nomina triviala impoſuit. Hæc omnia veram Botanicam proprie dictam conſtituunt; ſed elaborandæ erant relationes vegetabilium: in his ſicut in vera botanica ultiſſimus fuit Linnæus. Plantæ utiles evadunt in œconomia naturæ, in œconomia ruſtica, in artibus, tinctoria præſertim, in medicina aut ſunt alimenta, aut ſunt medicamenta, aut venena: quoad œconomiam naturæ Linnæus tum in itineribus, tum in flora Suecica, in actis Suecicis, in amœnitatibus Academicis varia nova propoſuit, plurimaque problemata curioſa ſolvit; ſcilicet, quomodo muſci fovent ſemina a geluque defendunt, quomodo deſſicantur paludes, ſcilicet detrimentis plantarum aquaticarum; quomodo mobiles terræ arenoſæ evadunt ſolidæ, detrimentis aut radiculis graminum; quoad œconomiam ruralem, fundamenta culturæ deſumpſit, a ſolo natali: utiles aut nocivas plantas variis pecoribus, novis numeroſiſque experimentis recognovit; varia inſecta quæ plantas devorant aut deſtruunt, primus in Pandora inſectorum deſignavit. In horti cultura Academica, quomodo novæ plantæ dirigendæ, breviſſime inculcavit; in diſſertatione cui titulus plantæ

tinctoriæ & in flora Suecica, & in actis Stokolmiensibus varias plantas, quæ principia colorum largiuntur proposuit; naturam & qualitates alimentorum, & potulentorum sæpe sæpius exploravit, tum in dissertationibus Academicis, tum in aliis operibus; adde calendarium floræ, horologium floræ. In materia medica, in flora Suecica, veras absque prejudicio proprietates medicamentorum, tum propriis, tum ex fidis autoribus desumptis observationibus stabilitas proposuit; inter hæc medicamenta plurimæ erant plantæ nundum ad genera relatæ, quam solus potuit determinare: in his quot prejudicia conculcavit, firmiter fundamenta Therapeiæ veræ ponens, naturæ autocratiam agnovit, affinitates naturales pro indagandis viribus plantarum proposuit, inertia ab heroicis segregavit: primus venenosa, minima dosi, egregia toxica declaravit; primus in quaque specie sedulo quænam plantæ pars principia medicamentosa occultabat, acute recognovit. His concessis, merita Linnæi magna sunt certe, & infelices judicarunt boni omnes qui talia Linnæo non concedunt; sed hæc stupenda vix tertiam partem valoris Linnæo constituunt: in zoologia primus methodos accuratas efformavit, primus genera vera stabilivit, primus animalium species differentiis & synonimis numerosis munivit, primus horum innumeras species præsertim insectorum proposuit: in mineralogia etsi modestus, primus methodum invenit, primus plurimas species ignotas caracteribus insignivit, primus omnibus animalibus & mineralibus utilissima nomina trivialia imposuit, primus magnum mysterium cristalisationum mediante aqua solvente, & præcipitante agnovit; in medicina, post Sauvagesium, naturalistarum methodo nosologiam ditavit, ex primis pauca & simplicia pro curatione morborum necessaria esse medicamenta, ex primis in Suecia energiam naturæ pro debellatione morborum agnovit & amplexus est, ex primis systematis nervosi

in modificatione organorum, tum in ſtatu ſano, tum in ægrotis dominium & poteſtates agnovit; vulgo vix Linnæum doctum clinicum agnoſcunt medici, ſed jam diximus, juvenis Stockolmiæ felix evaſit morborum curator, Upſaliæ in theſibus medicinæ clinicæ, ſolidam quaque die morborum cognitionem diſputando, quaque ſeptimana oſtendebat, ſuæque in hac parte medicinæ plurima teſtimonia ſagacitatis necnon eruditionis reliquit; in amænitatibus Academicis plurimæ inveniuntur lucubrationes quæ clinicum ſagacem demonſtrant; tales ſunt morbi hiemales, morbi artificum, morbi nautarum, exanthemata viva, genera morborum, raphania, lepra, ſed præſertim clavis utraque medicinæ quæ breviſſimam ſinopſim doctrinæ Linnæanæ medicæ complectitur.

Hæc ſunt, ni fallor, vera merita Linnæi, in ſcientia naturali; unde abſque adulatione ſummus hic vir majori jure meritus eſt celebre hoc epigraphium, *naturam amplexus eſt omnem*: Sed qui veras tanti viri notiones acquiſitas enucleare ex ſcriptis tentabit, ex hiſque facultates animi ponderare vellet, hunc acri ingenio necnon ſyſtematico præditum inveniet, qui vires majores inquiſitionibus Botanicis impendit, magnas Zoologiæ conſecravit, paucas vero variis aliis Medicinæ partibus concedere potuit. Linnæus certe Chimicorum & Anatomicorum detecta noſcebat, ſed vix ſcalpelum movebat, vixque carbones pro experimentis excepta docimaſia conſumebat, humanioribus litteris ornatus, imaginatione fulgida præditus, poeſeos blanditias ſentiebat, nec rudis in arte ſcribendi nominandus erat; ſed rerum pondere abreptus, ſtylo proprio, ſimplici, nervoſo utebatur: vix ſemitas aliorum calcando etiam notas ideas, proprio modo depingebat, quod ut noſcunt omnes, characterem profundi ingenii exprimit. Acumine mentis omnia veræ humanæ ſcientiæ principia oc-

cupavit, sed varietate productorum naturæ diutius detentus, vix speciales observationes in reliquis Medicinæ partibus firmiter memoria tenere potuit; attamen nec paradoxum proponam, dicendo, in Linnæi operibus omnia veræ clinicæ Medicinæ principia nitide exposita fuisse, quinimo si tanti viri omnia cerebri vestigia enucleare aliquis potuisset, forte etsi non scriptis mandaverit, telam Medicinæ explorasset similem fere immensæ istæ quam scriptis evolvit, pro historia naturali: sed quod certum, si aliqua adest probabilis theoria Medica, erit Linnæana, cujus principia extant in clave Medicinæ, si vera adsunt principia Therapeiæ, sunt ista quæ tam nitide in materia Medica proposuit Linnæus, si brevis, accurata, inconcussa, adest methodus Nosologiæ, est ista quam in generibus morborum exposuit. Quatuor sunt empiriæ Medicæ fulcra quæ firmiter occupavit noster. 1°. Determinatio generum, specierum, varietatum, morborum, methodo Botanicorum exarata. 2°. Natura morborum vera medicatrix. 3°. Contraria, contrariis curari. 4°. Diæta ordinata, motu, paucis & simplicibus medicamentis morbos arti submissos sanari. Hæc veræ Medicinæ fundamenta non modo nitide exposuit Linnæus, sed sæpe sæpius propriis observationibus stabilivit; ast ultra progredior, si vera Logica adhuc diu serpens numerosos asseclas sibi conciliat, forte nepotes nostri, solum Linnæum & similes naturæ amasios, veros doctos agnoscent, etenim qui humanæ scientiæ varias regiones peragrabit, forte solam Medicinam necnon historiam naturalem, cum sociis Chimia & Anatomia, veras cognitiones reales constituere videbit, unde doctior judicabitur qui numerosiora naturæ producta, necnon illorum phœnomena, legibus abstractionis occupavit scilicet similia, cum similibus adunando. His concessis quis ante Linnæum, tanta copia naturæ productiones extricavit, examinavit, descripsit, specificisque differentiis insignivit, qui

tam varia exprimit, notiones reales exhibet. Sed Historicus, Poeta, Orator, Theologus, Jurisperitus, quid agunt nova producendo scripta; novis plerumque circumlocutionibus jam peracta proponunt, obscuras notiones trutinant, arbitrarias assertiones ebuccinant, sic plerumque fallunt & falluntur, Medici vero Naturalistæ, naturam sui semper similem depingunt, thesauros naturæ semper novos effodiunt, nova producta describendo hæcque textæ catenæ ligando, veræ scientiæ limites soli extendunt & quod dolendum, vix viventes pro tantis laboribus mercedem accipiunt: quin imo inter se invidi, cum scandalo scientiæ, famam mutuam excruciant; quisque se solum peritum declarando, socios sæpe doctiores, ignaros pronunciat, quisque in patria calumniis oppressus laudes inutiles extraneorum expectat, attamen edificium scientiæ elevatur, quid refert? si nonnulli colligendo lapides casu, aut nimio pondere succumbunt. Etenim quod verum, sola scientia naturæ per mortes & calamitates amasiorum suorum crescit: Clusius summus hic novarum plantarum adumbrator, bis fracturas in herbationibus expertus est, Tournefortius in Pirenæis a Latronibus ad Indusium expoliatus, sæpe sæpius in oriente vitam barbaris fragilem commisit, Hasselquist itineris orientalis ærumnis oppressus, tabe consumptus Smirnæ obiit, Scheuchzerus crebrius Alpes excelsiores visitando sanguinis vomitu suffocatus fuit, Commersonius noster ex itinerum diuturnorum sequelis juvenis adhuc in india occubuit; Gmelinus unus a Tartaris jugulatus fuit; Donati in Græcia aut Arabia simili fato trucidatus, missi a rege Danorum Naturalistæ in extraneis regionibus omnes fere perierunt. O Utinam! nostri qui munificentia regis Ludovici XVI. novissime profecti sunt, ad locupletandam historiam naturæ, sortem meliorem obtineant. Suadente Fagonio, Plumierus & Tournefortius, impensis regis Ludovici XIV. primus in

Americam, ſecundus in Græciam, peregrinati ſunt, ſed nullo ſuadente, impulſu proprio, rex noſter inauditi itineris diſpoſitionem peregit, ipſemet Phyſicos, Botanicos, Zoologos, Aſtronomos, Delineatores petiit, omniaque conceſſit quæ tanti ſuſcepti ſucceſſum procurare poſſunt: Unde in poſterum hiſtoria naturalis auſtralium terrarum nomen Ludovici XVI revocabit, ſicut opera Plumieri, Tournefortii, nomen Ludovici XIV. Qui legunt hiſtoriam plantarum Americanarum, laudant imperatorem Germaniæ qui in Americam optimum Jacquinum miſit & ſuſtentavit, ſic nepotes noſtri incrementa hiſtoriæ naturalis a Gallis procurata mirando, meritas laudes regi optimo ſcientiarum fautori largientur.

Poſtſcriptum pro pag. xv. lin. ~~25~~ *18*

Linnæus in privata vita domeſticas curas habuit, attamen plerumque hilaris: vere philoſophus, ſumma veneratione divinum nomen proſequebatur, tanti viri adagium, quod in muſæo erat exaratum, tale erat, *innocui vivito, numen adeſt.* Amicorum ſocietatem ardenter petebat, cum his ludendo & ſaltando aut confabulando ſæpè ſæpius fatigatæ mentis laxabat habenas. Vix contradictionem in Botanicis tolerabat, libenter principatum in hac ſcientia ſibi concedebat. Inimicos invidos contemnens, ſuadente olim Boerhaavio, nunquam reſponſum publice dedit. Sincero corde adamabat omnes naturaliſtas Europæ, qui ſcientiam novis ſpeciebus ditabant & aperto ore illos laudabat, etiam in parte ſyſtematica aliter ſentientes. Scribebat Clariſſimo zoologo anglo Pennant, præ gaudio exultans, quod detexerat concham nomiam, a nullo mortalium antea viſam, quaque facem accederat ſcientiæ naturali luculentiſſimam, in deperditis huc uſque concharum generibus, de hac concha *dicebat* die noctequе cogito, de hac loquor hodie, noctu de ea ſomnio ſynopſim tuam legam & relegam millies, non de methodo diſputabo; mihi perinde erit, utrum naturæ cultor, ſit Lutheranus, Calvinianus, Judæus, aut Mahometanus, unice notitiam ſpecierum quæram. In omnibus operibus cuique de-

tecta fideliter servabat cum honorifica mentione; peccavit tamen in hac parte erga concivem nostrum Entomologum eximium, qui Linnæo miserat plurimas novas insectorum species: Textus Claris. Soubri incuria uxoris Linnæi, diu neglectus fuerat; has species insectorum in duodecima editione Systematis naturæ variis consecraverat Linnæus; reperta Epistola Soubrisii, cito veniam erroris petiit, sequenti responsione, quam conservandam censuimus, tum pro tutela fidelitatis Linnæanæ, tum pro honore antiqui amici nostri & concivis. Accepi præterito vere, scribit Linnæus, integram cistam refertam rarissimis pulcherrimisque, quæ nunquam ab ullo obtinui insectis. Stupefactus hanc aperui, cum in ea videram tot nova raraque animalcula à me nunquam lecta, nunquam visa: sed nullus aderat textus, ut ex eo definirem, unde missa fuerant. Videbam equidem insecta ex Europa australi allata, a quo vero plane nescius eram. Scripsi mox ad amicos qui olim mihi insecta promisere, ad Gouanium Monspeliis, Vandelium Ulissiponis, Cyrillum Napoli, & alium in Hispania; omnes rejecerunt se non misisse, & profecto in hunc usque diem ignarus fuissem autoris tanti muneris, nisi casu incedisset, quod tuæ litteræ ante tridnum, etiam num clausæ, fuissent repertæ intra papyra uxoris meæ, quæ Literas accepit, dum ego in aula commorabar & inter sua cimelia seposuit, eas ut aperuissem & intellexissem me ea a te, vir nobillissime, accepisse, dolui, etiam nunc doleo & semper dolebo, me ingratissimum vixisse, qui nec devotissimas gratiarum actiones nec nomen datoris in systemate reddidisse; alio in loco publicas tibi reddam grates, ob donum quo publicum ditasti, si supplices apud te meæ valeant preces, devotissimus oro, ne me inter ingratissimos numeres, qui inscius peccavi. Quod in litteris tuis tam benigne & amice de me sentire voluisti, hoc tribuo non meis meritis sed suavissimæ tuæ ipsius animæ: utinam mutua officia reddere possem! de quibus sollicitus ero dum vixero. Tibi debeo, quæ sunt, a te mihi datæ & primum detectæ sunt, quæ in systemate naturæ, edit. 12a. habentur, licet alios perperam allegavi, sphinx fausta, infausta. Phalæna occelaris, sanguinolenta, narbonea, triptera, diffinis, panlaria, vesperlaria, affinis, pirala sordiala, paludosa sanguinalis, rorella, camella, aristela, candella, druimella, russa. Chrysomela & omnes in appendice, pag. 1066, post insecta, excepta ultima specie.

Hæc scribebat Soubrisio Linnæus, anno 1766; certe hic Soubrisius primus nostræ regionis verus Entomologus, qui mortuus est anno

1773, ſed poſt illum alter inter noſtrates ſurrexit major, qui indefeſſo labore numeroſas novas ſpecies inſectorum in tractu noſtro Lugdunenſi detexit. Hic eſt, Celeberrimus de Villers, cujus Entomologia Linnæana Europæa, nunc typis mandatur, quæ mox ducentis & ultra novis ſpeciebus ditata apparebit. In hac editione clar. Editor non modo coordinavit quidquid Linnæus in variis ſcriptis de qualibet ſpecie tradidit, ſed addidit ſynonimiam recentiorum cum citatione figurarum novarum necnon deſcriptiones omnium ſpecierum quas proprio marte detexit.

F I N I S.

CAROLI LINNÆI
PHILOSOPHIA BOTANICA

IN QUA

EXPLICANTUR

FUNDAMENTA BOTANICA,

CUM *definitionibus partium, exemplis terminorum, observationibus rariorum.*

ADJECTIS FIGURIS ÆNEIS:

EDITIO QUARTA.

1787.

AVIS
AU RELIEUR.

CARTONS A PLACER.

Frontiſpice du *Philoſophia Botanica*, à placer après la Préface.

Frontiſpice du *Critica Botanica*, à changer à la feuille A a.

Feuillet 308 *, à placer après la pag. 308.

Figures à placer après la feuille Z.

LECTORI BOTANICO.

FUNDAMENTIS BOTANICIS Theoriam atque Inſtitutiones Rei Herbariæ ſub paucis aphoriſmis olim comprehendi, quorum explicationem per exempla, obſervationes & demonſtrationes, diſtinctis riteque definitis plantarum partibus & terminorum vocibus, *Philoſophiam Botanicam* dixi, cum in his conſiſtant præcepta artis.

PHILOSOPHIÆ ejuſmodi BOTANICÆ varias partes dudum emiſimus utpote in Cap. I. *Bibliothecam Botanicam*. II. *Claſſes Plantarum*. III. *Sponſalia Plantarum*; VII. VIII. IX. X. *Criticam Botanicam*. XII. *Vires Plantarum*; Reliquas ſectiones fundamentorum, ſc. Cap. IV. VI. XI. conjunctim cum prioribus in unum opus compingere & auctas novis exemplis obſervationibus, demonſtrationibus, ſub Philoſophiæ Botanicæ titulo edere, diu animo volvi, in quem etiam finem bene multa collegi; interea territum copia dicendorum ſatietas imo tædium, operoſæ ſcriptionis me cepit, adeo ut hæc in tempora commodiora ſeponere viſum fuerat, quæ cum annis, auctis indies curis publicis & privatis, muneris, negotiis et peregrinationibus Hiſtoriæ Naturalis cauſa inſtitutis, ita ſeſe ſubtrahebant, ut de ſucceſſu operis ipſe dubitare cœperim.

Interea urgente Bibliopola, poſt diſtracta priora exemplaria, novam Fundamentorum Botanicorum editionem, a me quoque enixe petiere diſcipuli, ut *Partes plantarum, artiſque Terminos*, a me uſitatos, rite definitos adderem, methodo qua eos in prælectionibus tradere ſolitus ſum; huic eorum petitioni acceſſere amicorum, de re Herbaria optime meritorum, adhortationes, ut terminos artis explicarem, parteſque plantarum definirem; ut amborum deſideriis adſurgerem,

furgerem, incepi collectanea mea in compendium redigere & typis mandare : at dira arthritis, vix incepto opere, ita una cum corporis viribus mentem & animum fregit, ut in ipsa herba fere suffocatum fuisset. Nunc vero post recuperatas qualitercunque vires, Philosophiæ Botanicæ compendium heic sisto, mole parvum, utpote primas lineas primaque rudimenta Botanices, in gratiam tantum discipulorum editum, complectens, sed quod alio tempore, si fata velint & otia, longe auctius prodibit.

In calce opusculi adjeci nonnulla de *instructione* disciplinæ, ne paginæ alternæ vacuæ relinquerentur.

Occupatus nunc in colligendis SPECIEBUS PLANTARUM; præstantissimos per Europam Botanicos enixe rogo oroque, ut plantas flore instructas, si quas possideant in duplo rariores, vel a me non dictas, mecum communicent, quo liceat easdem ad Genera referre cum adæquatis Differentiis; meum erit vicissim in opere, ad quamcunque speciem, publice testari gratum animum in eos, qui easdem communicarunt.

Upsaliæ 1750. *Septembr.* 16.

CAR. LINNÆUS.

Pascitur in vivis livor, post fata quiescit,
Tum suus ex merito quemque tuetur honos.

INTRO-

INTRODUCTIO.

1. OMNIA, quæ in Tellure occurrunt, *Elementorum* & *Naturalium* nomine veniunt.

Syst. nat. 6. *Obs. in regna tria* §. 6. 7.
Elementa simplicia sunt, *Naturalia* composita arte divina.
Physica tradit Elementorum proprietates.
Scientia Naturalis vero Naturalium.

2. NATURALIA (1) dividuntur in Regna Naturæ tria: *Lapideum*, *Vegetabile*, *Animale*.

Syst. nat. 6. *p.* 211. §. 14. 8. 9. Necessitas cognitionis.
Faun. Suecic. præfat. 4. Actio primi hominis.
Act. stockh. 1740. *p.* 411. Usus.

3. LAPIDES (2) crescunt. VEGETABILIA (2) crescunt & vivunt (133) ANIMALIA (2) crescunt vivunt, & sentiunt.

Syst. nat. 6. *p.* 211. §. 15. idem.
Syst. nat. 6. *p.* 219. §. 2. Lapides crescere.
Sponsal. plant. §. 1. 14. Vegetabilia vivere.
Jung. isagog. c. 1. Planta est corpus vivens non sentiens, s. certo loco aut certæ sedi affixum, unde nutriri, augeri, denique se propagare potest.
Boerh. hist. 3. Planta est corpus organicum, alteri cuidam corpori cohærens per aliquam partem sui, per quam nutrimenti & incrementi & vitæ materiam capit & trahit.
Ludwig. veget. 3. Corpora naturalia eadem semper forma & loco-motivitate prædita appellantur *Animalia*; eadem semper forma, sed loco-motivitate destituta *Vegetabilia*; & quæ diversam formam obtinent *Mineralia* dicuntur.
Obs. *Petrificata* & *Crystalli* figura conveniunt omnino in eadem specie. Loco-motivitas in *Balano*, *Lernea*, uti in *Mimosa*.

4. BOTANICE est Scientia Naturalis, quæ *Vegetabilium* (3) congnitionem tradit.

Boerh. hist. 16. Botanica est Scientiæ naturalis pars, cujus ope felicissime & minimo negotio plantæ cognoscuntur & in memoria retinentur.
Ludwig. aphor. 1. Botanica est scientia Vegetabilium, s. cognitio eorum, quæ per plantas & in plantis fiunt.

I. BIBLIOTHECA.

5. BIBLIOTHECA Botanica continet *Libros de Vegetabil bus* ſcriptos.

Docet Detecta, Fata, Progreſſus, Loca, Methodum.
Sciat Botanicus quos evolvat auctores de planta quæſtionis.
Europæa. *C. Bauhinum* (cum ſyſtematico) *Rajus*, 3, *Vaillant*.
Alpina. *Rajus*, *Linnæus*, *Hallerus*, *Gmelinus*.
Capenſa. *Hermannus*, *Burmannus*, *Commelinus*, *Linnæus*, *Rajus*, *Plukenetius*, *Petiverus*.
Indica. *Hermannus*, *Rheede*, *Plukenetius*, *Rajus*, *Burmannus*, *Linnæus*.
Americ. ſeptentr. *Gronovius*, *Catesbæus*, *Rajus*, *Moriſonus*, *Plukenetius*, *Cornutus*.
- - - - auſtral. *Plumierus*, *Sloaneus*, *Rajus*, *Plukenetius*, *Hernandez*, *Marcgravius*, *Piſo*, *Feuillæus*.
Bibliothecæ. *Seguierus*, *Linnæus*, *Bumaldus*, *Scheuchzerus*.
Hiſtoriæ *Tournefortius*, *Hotto*, *Royenus*.

6. PHYTOLOGI vocantur Auctores, opere aliquo (5) de vegetabilibus clari, ſive *Botanici*, ſive *Botanophili* ſint.

Fund. Bot. §. 7. *cum* 43. diſtinctio.

Botanici primarii ſecundum Tempus.

Theophraſtus	XVII. SECULO.		XVIII. SECULO.	
Plinius	*Robinus*	1601	Sherard	1701
Dioſcorides	*Spigelius*	1608	Rudbeck f.	- - -
	Boot	1609	Meriana	1705
	Renealme	1611	Juſſiæus A.	1709
	Swertius	1612	Boerhaave	1710
	Bry	- - -	*Petitus*	- - -
	Beſlerus	1613	*Heucherus*	1711
	Jungermannus	1615	Kæmpferus	1712
XV. SECULO.	*Broſſæus*	1628	*Helving*	- - -
Gaza	Parkinſon	1629	*Tita*	1713
Barbarus	*Donatus*	1631	Feuillée	1714
	Laurembergius	1632	Knaut f.	1716
	Ferrarius	1633	*Bradlæus*	- - -
	Cornutus	1635	Iſnard	- - -
	Veſlingius	1636	VAILLANT	1717
	Stapelius	1644	*Blair*	1718

XVI.

XVI. SECULO.

Brunfelsius 1530
Tragus 1532
Cordus 1535
Ruellius 1536
Dorstenius 1540
GESNERUS 1541
Fuchsius 1542
Brassavola 1545
Matthiolus 1548
Lonicerus 1550
Dodonæus 1552
Bellonius 1353
Guilandinus 1557
Anguillara 1561
Calceolarius 1566
Pena 1570
Lobel - - -
Garcias 1574
Monardes - - -
Clusius 1576
Carrichter - - -
Costæus 1578
Acasta - - -
CÆSALPINUS 1583
Durante 1584
Dalechampius 1587
Camerarius - - -
Tabernæmontanus 1588
Thalius - - -
Alpinus P. 1591
Bauhinus J. - - -
Cortusus - - -
Columna 1592

Hermandez 1647
Marcgravius 1648
Piso - - -
Turnerus 1651
Pancovius 1654
Loeselius - - -
Jungius 1657
Ambrosinus - - -
Joncquet 1658
Rudbeck 1659
Rajus 1660
Hoffman M. 1662
Schæffer - - -
Elsholtz 1663
Vallot 1665
Chabræus 1666
Merret 1667
Bocco 1668
Aldrovandus - - -
MORISON 1669
Munting 1672
Barrelier † 1673
Tillands - - -
Sterbeck 1675
Zannonus - - -
Ammannus - - -
Dodart 1676
Breynius 1678
Rheede - - -
Mentzelius 1682
Commelinus 1683
Triumfettus 1685
Mognol 1686
Hermannus 1687
Rivinus 1690
Plukenetius 1691
Petiverus 1692
Cupanus - - -
Plumier 1693
TOURNEFORT 1694
Bromel - - -

Pontedera 1718
Ruppius - - -
Dillenius 1719
Montius - - -
Buxbaum 1721
Tillius 1723
Jussiæus B. 1725
Martyn 1726
Michelius 1729
Catesbæus 1731
Geoffroy - - -
Celsius 1735
Waltherus - - -
Zannichellius - - -
Linnæus - - -
Hallerus - - -
Gleditsch 1736
Miller - - -
Burmannus 1737
Ludwig - - -
Mœhring - - -
Weinman - - -
Blackwel. 1739
Amman. f. - - -
Gronovius - - -
Royen 1740
Seguier - - -
Barrere 1741
Gerherus 1743
Gesnerus † 1744
Stellerus † 1746
Gmelinus 1747
Guettard - - -
Wachendorff. - - -
Lecheus 1748
Dalibard 1749
Kalmius 1750
Hasselquist 1750
Schiera 1750

SOCIETAS.

Germanica 1670
Anglica 1682

BAUHINUS. C. 1593	*Zwingerus*	1696	Gallica	1699
Pona 1595	Sloane	- - -	Upfalienfis	1720
Gerardus 1597	Commelin C.	1697	Ruthenica	1728
Imperatus 1599	Bobartus	1699	Noribergenfis	1731
Swenckfeld 1600	Volkamerus	1700	Holmenfis	1739

7. BOTANICI (verbi 6) ex fundamento genuino Botanicam (4) intelligunt, & vegetabilia (2) omnia nomine intelligibili nominare fciant; funt hi vel *Collectores* (8) vel *Methodici* (18).

Fund. Bot. 151. 164. 165. 166. 167. 152.
Syft. nat. 6. p. 211. §. 13. 12. 11. & *p.* 215. *p.* 2.
Gen. plant. præf. §. 1. 2. 3.
Claff. plant. præfat. §. 1.

8. COLLECTORES (7) de numero fpecierum Vegetabilium primario follicìti fuere: funt hi *Patres* (9) *Commentatores* (10), *Ichniographi* (11) *Defcriptores* (12), *Monographi* (13), *Curiofi* (14), *Adonides* (15); *Floriftæ* (16), *Peregrinatores* (17).

9. PATRES (8) Botanices prima rudimenta depofuerunt.

Fata: *Græci* ab *Ægyptiis*, hi a *Chaldæis*.
Romani devicto Pompejo ad Actium.
Gothi fec. IV.; *Longobardi* fec. V. Romam devaftant.
Arabes fec. VI. Ægyptum, fec. VII. Hifpaniam intrant.
Maroccæ fec. XI. Rex Calipha.

GRÆCI ante Chriftum natum floruere.
Hippocrates Parens Medicinæ, fecul. 5:to ante Chr.
Ariftoteles Princeps Peripatheticorum, fec. 4:to.
Theophraftus Parens Botanices, fec. 3:to.
Xenophon Athenienfis, fec. 2:do.

ROMANI primis feculis æræ Chriftianæ.
Cato fub Julio Cæfare, *a.* ante Chr. 149.
Varro fub Augufto, *a.* ante Chr. 62.
Virgilius fub Augufto, *a.* ante Chr.
Columella fub Claudio.
Plinius fub Tiberio ad Titum.
Diofcorides fub Nerone.
Rufus fub Trajano.
Palladius fub Antonio Pio.

ASIA-

ASIATICI:

Galenus Pergamensis vixit Romæ a. 133.
Oribasius Pergamensis Quæstor Juliani.
Ætius Amidenus, sub Constantino & Theodosio.
Ægineta (Paulus) sub Constantino pogonato.

ARABES:

Mesue, Nisaburensis, seculi octavi fine.
Serapio filius *Johannis*, Medicus.
Razis natus Raj. Persiæ, circa 9̄0.
Avicenna e Boccaret Persiæ, Medicus, circa 1030.
Averrhoës e Corduba Hispaniæ, circa sec. XI.
Avenzoar. circa 1150.
Abenguefit. Medicus, Arabus, seculo XII.

OBSCURI seculo XII. cum in sequentibus proximis, ut, *Myrepsus* Præpositus, *Quiricius* Tertonensis, *Hildegardis* Abadissa, *Sylvaticus*, *Dondis*, *Suardus*, *Villa nova*., *Cuba*, *Platearius*, &c.

Adumbrationes 325. 326. 332. ignorabant omnes.

Græce:	*Hippocrates*,	*Aristoteles*,	THEOPHRASTUS,
	Bassus,	*Nicander*,	*Xenophon*,
	Apulejus,	DIOSCORIDES,	*Rufus*,
	Galenus,	*Oribasius*,	*Ætius*.
	Ægineta,	*Myrepsus*,	
Latine:	*Cato*,	*Varro*,	*Virgilius*,
	Columella,	PLINIUS,	*Palladius*,
Arabice:	*Mesue*,	*Serapio*,	*Abenguefit*,
	Avicenna,	*Averrhoës*,	*Razis*,
	Abenzoar,		
Barbare:	*Cuba*,.	*Hildegardis*,	*Myrepsus*,
	Sylvaticus,	*Quiricius*,	*Bosco*,
	Suardus,	*Platearius*,	*Dondis*,
Geoponica:	*Bassus*,	*Xenophon*,	*Palladius*,
	Cato,	*Varro*,	*Columella*.
Medica:	*Hippocrates*,	*Galenus*,	
Naturalia:	*Aristoteles*,	*Plinius*,	
Botanica:	*Theophrastus*,	*Dioscorides*,	*Plinius*.

10 COMMENTATORES (8) Patrum (9) ſcripta dilucidarunt.

Fata ſeculi XV. medio: Turca ſeparavit imperium Græcum ſ. orientale ab occidentali; aufugæ in Italiam Litteras adduxere.
Inventa: *Typographia* 1440. *Pulvis pyrius*. *America* 1492.
ARISTOTELEM tranſtulit *Conſtantinus*, &c.
Commentaria dedit *Scaliger*, &c.
THEOPHRASTUM tranſtul. *Gaza*, &c.
Comment. *Stapel*, *Scaliger*, &c.
PLINIUM caſtigarunt *Dalechampius*, *Harduinus*, *Gronovius*, &c.
Comment. *Barbarus*, *Guilandinus*, *Salmaſius*, &c.
DIOSCORIDEM tranſtul. *Cornarus*, *Sarracenus*, &c.
Comment. *Barbarus*, *Fuchſius*, *Matthiolus*, *Cordus*, *Geſnerus*, *Ruellius*, &c.
CATONEM comment. *Meurſius*, *Urſinus*, &c.
AVICENNAM tranſtul. *Alpagus*, *Coſtæus*, *Plempius*, &c. *Amalthæus* hebraice.
Comment. *Lonicerus*.
MESUEM comment. *Campegius*, *Monardus*, &c.

11. ICHNIOGRAPHI (8) Figuras Vegetabilium Iconibus expreſſerunt.

Artificium veteribus inuſitatum, tanquam in ſpeculo repræſentatio.
Requiſita: *Botanicus*, *Pictor*, *Sculptor*.
Hinc præſtant: *Dillenius*, *Columna*, *Ehret*.
Male: *Muntigius*.
Obſervandæ partes omnes, ſitu & *magnitudine naturali*, etiam minimæ *Fructificationis*.
Sunt vel LIGNEÆ, in quibus excelluit *Geſnerus*, *Rudbeckius*.
ÆNEÆ Dondis 1536 *Ferrarius*, *Dodartius*, *Breynius*, *Commelinus*, *Lœſelius*, *Rhedeus*, *Hermannus*, *Rivinus*.
STANEÆ: *Dillenius*.
FUNDAMENTALES abſque umbra: ut *Brunfelſius*, *Fuchſius*, *Cluſius*, *Plumierus*.
FUCATÆ vivis coloribus: *Martynus*, *Blackwell*, *Weinman*.
ORIGINALES ex foliis ipſis loco typi. *Heſſelius* in America 17 7, *Knipphoſius* in Germania 1733.
PRETIOSÆ: *Rheede*, *Sloane*, *Dillenius*.
MALÆ: *Brauner*, *Myller*, *Brurſwig*, *Cuba*, *Lonicerus*, *Nylandus*, *Palmberg*, *Hernandez*.

USITA-

USITATISSIMÆ: *Matthiolus*, *Camerarius*, *Lobelius*, *Dodonæus*, *Fuchſius*, *Cluſius*, *Beſlerus*, *Swertius*, *Robertus*, *Moriſonus*, *Rivinus*, *Vaillantius.*
EXOTICIS: *Moriſonus*, *Plukenetius*, *Petiverus*, *Dodartus*, *Martynus*, *Alpinus*, *Barrelierus*, *Bocconus*, *Catesbæus*, *Dillenius*, *Hermannus.*

HERBARIUM præſtat omni Icone, neceſſarium omni Botanico.

1. *Plantæ* non humidæ colligendæ.
2. *Partes* nullæ auferendæ.
3. Moderatæ *explicandæ.*
4. Non vero *inflectendæ.*
5. *Fructificatione* præſente.
6. *Siccandæ* inter papyra ſacra.
7. *Citiſſime*, vix ferro calido.
8. *Prelo* modice compreſſo.
9. *Adglutinandæ*, ichthyocollâ.
10. In *folio* ſemper aſſervandæ.
11. *Unica* tantum in pagina.
12. Plagula non *alliganda.*
13. *Genus* ſupra adſcribendum.
14. *Species* & Hiſtoria a tergo.
15. *Congeneres* inter *philyram* reponendæ.
16. Diſponendæ ad *Methodum.*

12. DESCRIPTORES (8) adumbrationes (325) vegetabilium exhibuerunt.

EXOLETÆ: *Brunfelſius*, *Tragus*, *Dorſtenius*, *Lonicerus*, *Ruellius*, *Durantes*, *Carrichterus*, *Thurneiſerus*, *Turnerus*, *Salomon.*
USITATÆ: *Matthiolus*, *Cordus*, (*val*), *Fuchſius*, *Cluſius*, *Dodonæus*, *Lobelius*, *Tabernæmontanus*, *Gerhardus*, *Parkinſonus*, *Dalechampius.*
UNIVERSALES: *J. Bauhinus* cum *Cherlero*, *Moriſonus*, *Rajus.*
CHARACTERISTICÆ: *Hortus cliffortianus*, *Hallerus*, *Flora Zeylanica.*
MENSURATÆ: *Tournefortius*, *Feuillæus.*
PARTIALES in Muſcis: *Dillenius.*
Graminibus: *Scheuchzerus*, *C. Bauhinus.*
Filicibus americanis: *Plumierus.*
Officinalibus: *Pometus*, *Valentinus*, *Godofredus.*
EXOTICÆ in Indicis: *Rheede*, *Rumpfius.*
Americanis: *Plumierus*, *Sloaneus*, *Hernandez.*

13. MONOGRAPHI (8) Vegetabile *unicum*, opere singulari profecuti funt.

Ut eo accuratius conftent omnia in particulari cafu.
NATURÆ CURIOSORUM inftitutum laudandum.
SELECTA in his pauca funt.
Dillenii *Mefembryanthema*. Boerhavii *Proteæ*.
Kæmpferi *Thea*.
Commendanda *Succulenta*, nec non ampliffima genera : e. gr. *Euphorbium*.
Præcipua in hoc genere funt :
Halleri *Allium*.
Veronicæ alpinæ.
Pediculares.
Breynii *Ginfeng*.
Lafitau *Panax*.
Bradley *Aloë*.
Hellwing *Pulfatilla*.
Noftri Mufa.
Betulanana.
Ficus.
Paffiflora.
Anandria.
Acrofticum.
Senega.
Lign. colubrinum.
Splachnum.

14. CURIOSI (8) Vegetabilia *rariora* propofuerunt.

Confulendi Auctores in plantis rarioribus funt.

EUROPÆA. Gmelini *Sibirica*. Ammanni *Ruthenica*.
Linnæi *Lapponica*. Halleri *Helvetica*.
Buxbaumii *orientales*. Tournefortii *orientales*.
Loefelii *Pruffica*. Mentzelii pugillus.
Vaillantii *Parifina*. Magnolii *Monfpeliaca*.
Raji *Anglica*.
Columnæ *Ecphrafis*. Tilli *Pifana*.
Bocconis *Mufeum*. Barrelierii *Icones*.
Aldini, Triumfetti, Alpini *Rariora*.

INDICA : Dillenii *Hortus Elthamenfis*. Martyni *Centuriæ*.
Hermanni *Hort. Lugd. Bat.* Commelini *Hort. Amft.*
Breynii *Centuriæ & Prodr.* Hermanni *Paradifus*.
Dodartii *Hiftoria plantar.* Plukenetii *Phytographia*.

MUSEA, quæ e triplici Naturæ Regno conftant :
Sebæ *Thefaurus*. Caresbæi *Carolina*.
Petiveri *Gazophylacium*. Anonym. *Petropolitanum*.

15. ADO-

15. ADONIDES (8) Vegetabilia *ſativa* cujuſdam Horti ſiſtunt.

HORTI ACADEMICI in Europa ſunt:

Patavinus 1540.	*Pariſinus* 1626.	*Upſalienſis* 1657.
Piſanus 1547.	*Oxonienſis* 1683.	*Berolinenſis.*
Bononienſis 1547.	*Leydenſis* 1677.	*Lipſienſis* 1580.
Monſpelienſis 1598.	*Amſtelodamenſis* 1686.	*Gœttingenſis.*
	Ultrajectinus 1938.	*Wittenbergenſis.*

PUBLICOS inter Hortos eminent:

Magnolii	Monſpelienſis.	*Tilli*	Piſanus.
Hermanni	Leydenſis.	*Volkameri*	Norimbergenſis.
Boerhavii	Leydenſis.	*Halleri*	Gœttingenſis.
Royeni	Leydenſis.	*Linnæi*	Upſalienſis.

PRIVATI Horti primarii ſunt:

Linnæi Hortus Cliffortianus. *Moehringii* Hortus proprius.
Moriſon H. Bleſenſis. *Waltheri* deſignatio plantarum.
Thrans Cat. Carolſruhenſis.

16. FLORISTÆ (8) enumerant Vegetabilia *ſpontanea* certi alicujus Loci.

Enumeratio ſit *ſyſtamatica*, ut etiam abſentes intelligantur: ſint præſentes cum *Loco*, *Solo*, *Tempore*, *Nominibus indigenis*.

PRIMARII ſunt Floræ:

Gmelini Sibirica.
Halleri Helvetica.
Linnæi Svecica.
Lapponica.
Raji Anglica.
Vaillantii Pariſina.
Dalibardi Pariſina.
Guettardi Stampenſis.
Magnolii Monſpeliaca.
Ruppii Jenenſis,
Dillenii Giſſenſis.
Gottſchedii Pruſſica.

17. PEREGRINATORES (8) diſſitas Regiones plantarum inveſtigandarum cauſſa adierunt.

PRÆSTANTIORA ſiſtunt in Botanicis:

Scheuchzerii itinera alpina.
Calceolarii & *Ponæ* Montis Baldi.
Ray's Trawels and Voyages.
Tournefort Voyage de Levant.
Shawii Cat. plantarum Africæ.
Alpini Ægypti.
Bellonius, *Rauwolfius*.
Kæmpferi Amœnitates.

Maregra-

Maregravii & *Pisonis* Brasilia.
Feuillée Peru.
Hernandez Mexico.
Cornuti Canada.

SELECTIORA sunt Botanica :
Indica : *Rheede* Malabarica.
Burmanni Thesaurus Zeylanicus.
Linnæi Flora Zeylanica.
Rumpfii Amboina.
Kæmpferi Japonica.
America : *Sloane* Jamaica.
Plumieri Americana.
Gronovii Flora virginica.

18. METHODICI (7) de Dispositione (VI) & inde facta Denominatione (VII) vegetabilium imprimis laborarunt; suntque *Philosophi* (25), *Systematici* (24), *Nomenclatores* (38).

19. PHILOSOPHI (18) Scientiam Botanicam demonstrative ex principiis rationalibus in formam scientiæ reduxerunt : ut *Oratores* (20), *Eristici* (21), *Physiologi* (22), *Institutores* (23).

Theoretici hi Botanici dicentur.
Canones & Regulæ in Botanicis his debentur.
Empirica cognitio erat veterum res herbaria.

20. ORATORES, (19) quæcumque Scientiam docte ornant, proposuerunt.

ORATIUNCULÆ.
Hellwigii Botanices nobilitas.
Triumfetti Prolusio.
Commelini Oratio.

PHYSICALIA.
Biberg Œconomia Naturæ.
Sæderberg Curiositas Naturalis.

EMBLEMATA.
Camerarii Emblemata.
Mylii Hortus Philosophicus.

21. ERISTI-

21. ERISTICI (19) in Botanicis ſcriptis publicis litigarunt.

BELLA SYSTEMATICA.

TOURNEFORTII *Elementa* - - -
- - - - *Colet* Litteræ criticæ.
Chomel Reſponſum.

*   *

RAJI *Sylloge*.
- - - - - - - - *Rivini* Epiſtola.
Raji Epiſtola.
Raji variæ Methodi.
- - - - - - *Tournefort* optima methodus.
Dillenii judicium.
- - - - *Rivini* Reſponſio.
Dillenii Examen.

*   *

LINNÆI *Methodus*.
- - - - - - *Siegesbeck* Epicriſis.
Browallii Examen.
Gleditſch conſideratio.
- - - *Siegesbeck* Vaniloquia.
Heiſteri Schedulæ.

BELLA REGUM de Plantis magis cruenta fuere, nec calamo, ſed bombardis & gladiis ſcripta.

Abies, *Cedrus* dicta, incitavit Adrianum, ut Hieroſolyma deſtrueretur.
Hæmatoxylon incitavit Bellum inter Hiſpanos & Anglos, 1736 - 1743.
Ficus incitavit Xerxen contra Athenienſes.
Romam contra Carthaginem, ſuadente Catone.
Balſami de frutice dimicarunt Judæi & Romani. Plin. XII.
Anacardium prælia inter Braſilienſes ſæpe cauſſat.
Phœnix diſſidia Orientalium multoties cauſſavit.
Myriſtica Belgas in Indiis armavit.

22. PHYSIOLOGI (19) Vegetationis Leges & Sexus (V) myſterium in plantis revelarunt.

Millington 1676.
Camerarii (Rud.) - Epiſtola.
Vaillantii Sermo.
Wahlbom Sponſalia *noſtra* plantarum.

23. INSTI-

23. INSTITUTORES (19) Regulas & Canones composuerunt.

Jungii Isagoge Phytoscopica.
Nos Fundamenta hæc Botanica.
Ludwigii Regnum vegetabile.
Aphorismi Botanici.

24. SYSTEMATICI (18) plantas in certas Phalanges disposuerunt; qui vel *Orthodoxi* (26) vel *Heterodoxi* (25(sunt.

25. HETERODOXI Systematici (24) ab alio, quam fructificationis principio (164) vegetabilia distribuerunt; ut *Alphabetarii*, *Rhizotomi*, *Phyllophili*, *Physiognomi*, *Chronici*, *Topophili*, *Empirici*, *Seplasiarii*.

Alphabetarii methodo alphabetica.
Rhizotomi, a radicis structura: ut Hortulani.
Phyllophili a foliorum speciebus.
Physiognomi ab habitu.
Chronici a tempore florendi.
Topophili a loco natali.
Empirici ab usu medico.
Seplasiarii secundum ordinem pharmacopæorum.

26. ORTHODOXI Systematici (24) e Fructificationis vero fundamento (164) Methodum desumserunt; suntque *Universales* (27) vel *Partiales* (32).

Genera observant naturalia.
Genera disponunt secundum partem aliquam fructificationis.
Indicant præsemtia; absentia tum per se patent.

27. UNIVERSALES Orthodoxi Systematici (26) genuina methodo omnes Vegetabilium classes condiderunt: ut *Fructistæ* (28), *Corollistæ*, (29), *Calycistæ* (30), *Sexualistæ* (31)

28. FRU-

28. FRUCTISTÆ (27) a Pericarpio (86), Semine (86), aut Receptaculo (86) Classes Vegetabilium composuerunt: ut *Cæsalpinus*, *Morisonus*, *Rajus*, *Knautius*, *Hermannus*, *Boerhavius*.

Cæsalpinus (54) Professor Patavinus 1583.
Morisonus (55) Professor Oxoniensis 1680.
Rajus (59) Presbyter Anglus 1682. 1700.
Knautius (57) Medicus Halensis 1687.
Hermannus (56) Professor Leydensis 1690.
Boerhave (58) Professor Leydensis 1710.

29. COROLLISTÆ (27) a Corolla (86) Petalosas classes distinxerunt: uti *Rivinus*, *Tournefortius*.

Rivinus (61) Professor Lipsiensis 1690.
Heuckerus Professor Wittembergensis 1711.
Ruppius (61) Studiosus Jenensis 1718.
Hebenstreit Professor Lipsiensis 1731.
Ludwig (63) Professor Lipsiensis 1737.
Knautius (62) Bibliothec. Halens. 1716.
Tournefortius (64) Professor Parisinus 1694.
Plumierus Religiosus 1703.
Pontedera (65) Professor Patavin 1720.

30. CALYCISTÆ (27) a Calyce (86) Classes distribuerunt: ut *Magnolius*, *Nos*.

Magnolius (66) Professor Monspeliensis: posthumus 1720.
Nos (67) 1737.

31. SEXUALISTÆ (27) a Sexu (149) Systema condiderunt: ut *Ego*.

Ego (68) (in Belgio) 1735.

32. PARTIALES Orthodoxi Systematici (26) unius tantum Classis Systema composuere: c. gr. *Compositorum* (77. ord. 21), *Umbellatorum* (77 ord. 22), *Graminum* (77.ord. 14), *Muscorum* (77 ord. 65.66), *Fungorum* (77. ord. 67).

33. COM-

33. COMPOSITORUM (32. 117.) classes exposuerunt *Vaillantius* & *Pontedera*.

Vaillantius (70) Demonstrator Parisiensis 1718.
Pontedera (70) Professor Patavinus 1720.

34. UMBELLATORUM (32. 118.) classem instruxerunt *Morisonus* & *Artedius*.

Morisonus (71) Professor Oxoniensis 1672.
Artedius (71) Cultor Medicinæ, Suecus. (1735)

35. GRAMINUM (32) classes composuere *Rajus*, *Montius*, *Scheuchzerus*, *Michelius*, *Nos*.

Rajus (72) Presbyter Anglus 1703.
Montius (72) Professor Bononiens. 1719.
Scheuchzerus (72) Professor Tigurinus 1719.
Michelius (72) Botanicus Hetruriæ 1729.
Nos (72) in Generibus plantarum 1737.

36. MUSCORUM (32) classem elaboravit *Dillenius*.

Dillenius (73. 74.) Professor Oxoniensis 1741.

37. FUNGORUM (32) classem instruxerunt *Dillenius*, *Michelius*.

Dillenius (75) Med. Gissensis 1719.
Michelius (75) Botanicus Hetruriæ 1729.

38. NOMENCLATORES (18) de Vegetabilium denominatione solliciti fuere: ut *Synonymistæ* (39), *Critici* (40), *Etymologi* (41), *Lexicographi* (42).

39. SYNONYMISTÆ (38) diversa nomina Vegetabilium, a Botanicis quondam imposita, collegerunt.

C. *Bauhini* Pinax primarius est.
Hallerus in variis operibus.

40. CRITICI (38) Nomina generibus & speciebus vere propria determinarunt.

Linnæi Critica Botanica.

41. ETY-

41. ETYMOLOGI (38) radices & originem nominum Genericorum eruunt.

Falugii Profopœia.

42. LEXICOGRAPHI (38) nomina diverfarum linguarum colligunt.

Mentzelii Index multilinguis f. Lexicon polyglotton.

43. BOTANOPHILI (6) funt, qui varia de Vegetabilibus tradiderunt, licet ea non proprie ad fcientiam Botanicam fpectant, ut *Anatomici* (44), *Hortulani* (45), *Medici* (46), *Mifcellanei* (52).

44. ANATOMICI (43) internam ftructuram Vegetabilium contemplati funt.

Anatomica.	*Malpighius.*	Vegetationis leges,	*Hales.*
	Grew.		*Gefnerus.*
Phyfiologica.	*Feldman.*		*Ludwig.*

45. HORTULANI (43) culturam Vegetabilium tradiderunt.

GEOPONICI eandem in ufum communem adhibuerunt.
Laurenbergii Horticultura. *Ferrarii* Flora.
Elsholtii Horticultura. *Bradley* varia anglica.
Ligier gallice. *Milleri* Dictionarium.

ACADEMICUS Hortus, ejufque inftructio. Vid. *Naucler.* *Diff.* de *Hort. Upfal.*
Partes: *Caldarium*, *Tepidarium*, *Frigidarium.*
Vaporarium, *Solarium*, *Apricarium*,
Area in *Pulvillos* artificiofe divifa.
Perennis, *Annua*, *Vernalis*, *Autumnalis*,
Ambulacra fubdiaria, nuda, tecta,
Sepes, *Pergulæ*, *Angiportus.*
Inftrumenta: *Ligo*, *Sarculum*, *Rutum*,
Tridens, *Raftrum*, *Vectis*,
Vehiculum, *Carrus*, *Trulla*,
Culter, *Harpax*, *Uncus ambidexter*,
Forfex, *Gutturnium*,
Crates, *Campana folaris*, *Olla umbratilis.*

Oper-

Operationes : *Foſſio*, *Irrigatio*, *Runcatio*, *Stercoratio*, *Sarritio*, *Tranſmutatio*, *Tonſio*, *Amputatio*, *Ablactatio*, *Circumpoſitio*, *Submerſio*, *Separatio*, *Inſectio*, *Delibratio*, *Inoculatio*.

GEOPONICI curam Agrorum & Pratorum habent. *Rei Ruſticæ* Scriptores. §. 9. His curæ ſunt : Vomer, Occa, Volvulus, Sarculum, Raſtrum, Scamnum, Scrofa, Porca, Sulcus, Lira, Verruncare, Sarrire, Paſtinare, Occare, Reſulcare, Flagellare, Vannare, Cribrare, Mollere.

46. MEDICI (43) Vires & Uſum Vegetabilium in corpus humanum ſectati ſunt : ut *Aſtrologi* (47) *Signatores* (47), *Chemici* (48), *Obſervatores* (49), *Mechanici* (49), *Diætetici* (50), *Botano-Syſtematici* (51).

Dioſcorides Materia Medica.
Simon Paulli Quadripartitum.
Kœnig Regnum vegetabile.
Pomet Hiſtoire des Drogues.
Valentini Muſeum muſeorum.
Zorn Botanologia.
Dale Pharmacologia.

47. ASTROLOGI (46) virtutum ex aſtris influxum in plantas, SIGNATORES (46) vires a ſimilitudine inter plantæ partem & corporis partem læſam divinarunt.

Bodeſtein.
Pappen.

48. CHEMICI (46) Vires Vegetabilum ope analyſeos ignis extricare crediderunt.

Geoffroy, *Tournefort*, *Tawry*.

49. OBSERVATORES (46) a caſu & experentia; MECHANICI (46) a principiis phyſiologico-mechanicis vires Vegetabilium derivarunt.

Obſervatores *Geoffroy* Tr. de Materia Medica.
Hermanni Cynoſyra.
Boerhavii Hiſtoria Plantarum.
Halleri Synopſis Helvetica.
Linnæi Materia Medica.

50. OB-

50. DIÆTETICI (46) a ſapore & odore vires ingerendorum dijudicarunt.

Quercetanus Diæteticon.
Nonnius Res cibaria.
Behrens Selecta diætetica.
Liſter in Apicium.

51. BOTANO-SYSTEMATICI (46) ſecundum Claſſes naturales vires Medicamentorum caute diſtinguunt.

Camerarius Convenientia plantarum.
Haſſelquiſt Vires plantarum.

52. MISCELLANEI (46), qui varia de vegetabilibus ſcripſere in uſum aliorum: ut *Œconomi*, *Biologi*, *Theologi*, *Poetæ*.

Œconomi Uſum plantarum in vita communi tradunt.
Flora Œconomica.
Pan Suecicus
Iter Œlandicum.
Iter Gotlandicum.
Iter Weſtrogothicum.
Iter Scanicum.

Biologi *Panegyrica* plerumque exclamarunt.
Theologi Biblicas plantas explicarunt.
Celſius Hierobotanicum.
Poetæ: *Macer* Suppoſititius.
Strabus Hortulus.
Rapinus Evelyn, *Gardiner*.
Nevianus Poëmaticum.
Pictorius Pantopolon.
Santolinus Pomona.
Falugius Proſopopœia.
Coulejus VI. libri Plantarum.

II. SYSTEMATA.

53. SYSTEMATICIS (24) Orthodoxis (26) nitor & certitudo ſcientiæ Botanices debetur.

Syſt. nat. obſ. veget. 3. idem.
Syſt. nat. obſ. veget. 4. Syſtematici qui.

Cæſalpinus.	Rivinus.	Vaillantius.	Linnæus.
Moriſonus.	Knautius.	Juſſiæus.	Royenus.
Rajus.	Ruppius.	Scheuchzerus.	Gronovius.
Hermannus.	Ludwigius.	Dillenius.	Gmelinus.
Magnolius.	Tournefortius.	Micheli us.	Guettardus.
Boerhavius.	Plumierus.	Hallerus.	Wachendorffius.
		Geſnerus.	Gleditſchius.
		Burmannus.	Dalibard.

54. CÆSALPINUS (28) eſt Fructiſta & primus verus Syſtematicus, ſecundum Corculi (86. VI.) & Receptaculi (86. VII.) ſitum diſtribuens.

Arbores corculo ex apice ſeminis - - 1.
e baſi ſeminis - - - 2.
Herbæ Solitariis ſeminibus - - - - 3.
baccis - - - - 4.
capſulis - - - - 5.
Binis ſeminibus - - - - 6.
capſulis - - - - 7.
Triplici principio fibroſæ - 8.
Bulboſæ - 9.
Quaternis ſeminibus - 10.
Pluribus ſeminibus *Anthemides.* 11.
Cichorac. ſ. *Acanaceæ.* 12.
flore *Communi* - - 13.
folliculis - - - - 14.
flore fructuque *carentes* - 15.

55. MORISONUS (28) eſt Fructiſta cum Phyſiognomis (25) & Corolliſtis (29) conſpirans.

Lignoſæ *Arbores* - - 1.
Frutices - - 2.
Suffrutices - 3.

Herba-

Herbaceæ	*Scandentes* - -	4.
	Leguminoſæ - -	5.
	Siliquoſæ - -	6.
	Tricapſulares - -	7.
	a numero capſularum dictæ	8.
	Corymbiferæ - -	9.
	Lacteſcentes ſ. Pappoſæ	10.
	Culmiferæ - -	11.
	Umbelliferæ - -	12.
	Tricoccæ - - -	13.
	Galeatæ - - -	14.
	Multicapſulares - -	15.
	Bacciferæ - -	16.
	Capillares - -	17.
	Heteroclitæ - -	18.

56. HERMANNUS (28) eſt Fructiſta, ſecundum fructum Gymnoſpermum (200) & Angioſpermum (200) numerans.

Herbæ	Gymnoſpermæ	monoſpermæ	*Simplices*	4.
			Compoſitæ	3.
		diſpermæ	*Stellatæ*	5.
			Umbellatæ	2.
		tetraſpermæ	*Aſperifoliæ*	6.
			Verticillatæ	7.
		polyſpermæ	*Gymnopolyſpermæ*	1.
	Angioſpermæ	bulboſæ	*Tricapſulares*	10.
		Capſula	*Univaſculares*	8.
			Bivaſculares	9.
			Trivaſculares	10.
			Quadrivaſculares	11.
			Quinquevaſculares	12.
		Siliqua	*Siliquoſæ*	14.
		Legumine	*Leguminoſæ*	15.
		Multicapſulares	*Multicapſulares*	13.
		Carnoſæ	*Bacciferæ*	17.
			Pomiferæ	18.
	Apetalæ	Calyculatæ	*Apetalæ*	19.
		Glumoſæ	*Stamineæ*	21.
		Nudæ	*Muſcoſæ*	20.

Arbores incompletæ	- -	*Juliferæ*	22.
carnosæ		*Umbilicatæ*	23.
		non Umbilicatæ	24.
non carnosæ		*fr. sicco.*	25.

57. KNAUTIUS (Christoph.) (28.) Rajanum (59.) Systema inversum adoptavit.

Herbæ Petalosæ fructu carnoso		*Bacciferæ* -	1.
	membranaceo	*Monopetalæ* -	2.
		Tetrapet. Regulares	3.
		Tetrapet. Irregulares	4.
		Pentapetalæ -	5.
		Hexapetalæ -	6.
		Polypetalæ -	7.
		Multicapsulares	8.
	fructu nudo	*Cymnospermæ* -	9.
		Solidæ - -	10.
		Papposæ - -	11.
Herbæ apetalæ	- -	*Apetalæ* - -	12.
		Stamineæ -	13.
		Inconspicuæ -	14.
		Imperfectæ -	15.
Lignosæ	- - -	*Arbores* - -	16.
		Frutices - -	17.

58. BOERHAAVIUS (28) Systema Hermannianum (56) cum Rajano (59. β) & Tournefortiano (46) conciliavit.

Submarinæ - -		1.	Gymnodispermæ	*Umbelliferæ*	5.
Terrestres - -		2.		*Stellatæ*	11.
Capillares - -		3.	*Gymnomonosp.*	simplices	6.
Gymnopolyspermæ -		4.		*Planipetalæ*	7.
Gymnotetraspermæ	*Verticillat.*	12.		*Radiatæ*	8.
	Asperifol.	13.		*Nudæ*	9.
	Tetrapetal.	14.		*Capitatæ*	10.
Monangiæ - -		15.	*Bacciferæ* - -		25.
Diangiæ - - -		16.	*Pomiferæ* - -		26.
Triangiæ - - -		17.	*Apetalæ* - -		27.
Tetrangiæ - -		17.	Monocotyl.	*Bracteatæ*	28.
Pentangiæ - -		19.		*Apetalæ*	29.
Polyangiæ - -		20.	Arbores	*Monocotyledones*	30.

Multi-

Multiſiliquoſæ - -	21.	Arbores *Apetalæ*	31.
Siliquoſæ - - -	22.	*Amentaceæ*	32.
Tetrapetalæ cruciformes	23.	*Monopetalæ*	33.
Leguminoſæ - - -	24.	*Roſaceæ*	34.

59. RAJUS (28) e Fructiſta (28) Corolliſta (29) evaſit.

a. METHODUS PROPRIA.

Arbores - -	1.
Frutices - -	2.
Hb. *Imperfectæ* -	3.
Flor. carentes	4.
Capillares -	5.
Gramineæ -	6.
Gymnomonoſpermæ	7.
Umbellatæ -	8.
Verticillatæ -	9.
Aſperifoliæ -	10.
Stellatæ -	11.
Pomiferæ -	12.
Bacciferæ -	13.
Multiſiliquæ -	14.
Monopet. uniform.	15.
Monopet. difformes	16.
Tetrapet. ſiliquoſæ	17.
Tetrapet. ſiliculoſæ	18.
Papilionaceæ	19.
Pentapetalæ	20.
Frumenta -	21.
Gramina -	22.
Graminifoliæ	23.
Bulboſæ -	24.
Bulboſis affines	25.

b. METHODUS EMENDATA.

Herb. Submarinæ -	1.
Fungi - -	2.
Muſci - -	3.
Capillares -	4.
Apetalæ - -	5.
Planipetalæ -	6.
Diſcoideæ -	7.
Corymbiferæ -	8.
Capitatæ -	9.
Solitario ſemine	10.
Umbelliferæ -	11.
Stellatæ - -	12.
Aſperifoliæ	13.
Verticillatæ	14.
Polyſpermæ	15.
Pomiferæ -	16.
Bacciferæ -	17.
Multiſiliquæ -	18.
Monopetalæ -	19.
Di-Tripetalæ	20.
Siliquoſæ	21.
Leguminoſæ	22.
Pentapetalæ	23.
Floriferæ -	24.
Stamineæ -	25.
Anomalæ -	26.
Arundinaceæ	27.
Arb. Apetalæ -	28.
Fr. umbilicato	29.
Fr. non umbilicato	30.
Fr. ſicco -	31.
Fr. ſiliquoſo -	32.
Anomalæ -	33.

60. CAMELLUS secundum valvulas (86) Pericarpii V. plantas disponere tentavit.

Pericarpia	*Afora.*	*Tetrafora.*
	Unifora.	*Pentafora.*
	Bifora.	*Hexafora.*
	Trifora.	

61. RIVINUS est Corollista (29) secundum Regularitatem & Numerum Petalorum, cum Triplici fructu.

Regulares	*Monopetali*	1.	Irregulares	*Monopetali*	11.
	Dipetali	2.		*Dipetali*	12.
	Tripetali	3.		*Tripetali*	13.
	Tetrapetali	4.		*Tetrapetali*	14.
	Pentapetali	5.		*Pentapetali*	15.
	Hexapetali	6.		*Hexapetali*	16.
	Polypetali	7.		*Polypetali*	17.
Compositi ex flosc.	*Regularibus*	8.	Incompleti	*Imperfecti*	18.
	Reg. & Irregul.	9.			
	Irregularibus	10.			

Triplex fructus: sc. *nudus*, *Pericarpium* (siccum, *carnosum*.
RUPPIUS Systema Rivianum in Compositis emendavit.

62. KNAUTIUS (Christian Corollista) (29) Rivinianum (61) Systema inversum, Numerum scilicet Regularitati præferendo, suum fecit.

Monopetali	*Uniformes*	1.	*Difformes*	2.
aggregati	*Uniformes*	3.	*Difformes*	4.
	Uniformes–Difformes			5.
Dipetali	*Uniformes*	6.	*Difformes*	7.
Tripetali	*Uniformes*	8.	*Difformes*	9.
Tetrapetali	*Uniformes*	10.	*Difformes*	11.
Pentapetali	*Uniformes*	12.	*Difformes*	13.
Hexapetali	*Uniformes*	14.	*Difformes*	15.
Polypetali	*Uniformes*	16.	*Difformes*	17.

Negavit flores apetalos, seminaque nuda dari.

63. LUDWIGIUS Methodum Rivini (cum Linnæana (68) combinavit.

Classes Rivini ex Regularitate & Numero Petalorum. *Ordines* a Methodo sexuali in singula classe; idem *Wedelius*.

Monan-

Monantheræ	Monoſtylæ.
Diantheræ	Diſtylæ.
Triantheræ	Triſtylæ.
Penthantheræ	Tetraſtylæ.
Decantheræ &c.	Polyſtylæ &c.

64. TOURNEFORTIUS (29) eſt Corolliſta ſecundum Regularitatem & Figuram cum duplici Situ Receptaculi (86) floris.

Simplices	*Campaniformes*	1.	Compoſiti	*Floſculoſi* -	12.
	Infundibuliformes	2.		*Semifloſculoſi*	13.
	Anomali - -	3.		*Radiati* - -	14.
	Labiati - -	4.	Apetali	*Apetali* - -	15.
	Cruciformes -	5.		*Flore carentes*	16.
	Roſacei - -	6.		*Fl. fructuque car.*	17.
	Umbellati -	7.	Arbores:	*Apetali* - -	18.
	Caryophyllæi -	8.		*Amentacei* -	19.
	Liliacei - -	9.		*Monopetali* -	20.
	Papilionacei -	10.		*Roſacei* - -	21.
	Anomali - -	11.		*Papilionacei*	22.

Ordines a Piſtillo aut Calyce in fructum abeunte.

65. PONTEDERA Tournefortianum (64) cum Riviniano (61) combinare tentavit.

Incertæ	*Incerta* - -	1.		*Anomali* - -	13.
	Floribus deſtituta	2.		*Papilionacei* -	14.
Gemmis carentes	*Imperfecti*	3.		*Liliacei* - -	15.
	Anomali - -	4.		*Caryophyllæi*	16.
	Labiati - -	5.		*Cruciformes* -	17.
	Campaniformes	6.		*Umbellati* -	18.
	Hypocrateriformes	7.		*Filamentoſi* -	19.
	Rotati - -	8.	Gemmi-	*Filamentoſi* -	20.
	Infundibuliformes	9.	feræ	*Apetali* - -	21.
	Floſculoſi -	10.		*Anomali* - -	22.
	Lingulati -	11.		*Campaniformes*	23.
	Radiati capitulis	12.		*Rotati* - -	24.
				Infundibuliformes	25.
				Papilionacei -	26.
				Roſacei - -	27.

66. MAGNOLIUS (30) eſt Calyciſta cum Fructiſtis (28) combinatus.

Herb. calyce *Externo* includente florem *ignotum* 1.
ſtamineum 2.
monopetalum 3.
polypetalum 4.
compoſitum 5.
ſuſtinente florem *monopetalum* 6.
polypetalum 7.
Interno tantum - - 8.
Externo Internoque, flore *monopetalo* 9.
di-tripetalo 10.
tetrapetalo 11.
polypetalo 12.
Arb. calyce *Externo* tantum - - 13.
Interno tantum - - 14.
Externo Internoque ſimul. - 16.

67. NOS (30) Methodum Calycinam ſecundum *Calycis* ſpecies (86) exaravimus.

Spathacei	1.	*Difformes* - -	10.
Glumoſi	2.	*Caduci* - -	11.
Amentacei	3.	Perſiſtentes *uniform. monopet.*	12.
Umbellati	4.	*polypet.*	13.
Communes	5.	*difformes monopet.*	14.
Duplicati	6.	*polypetali.*	15.
Floribundi	7:	*Incompletæ* - -	16.
Coronati	8.	*Apetali* - - -	17.
Anomali	9.	*Nudi* - - -	18.

68. EGO (31) Sexuale Syſtema ſecundum Numerum, Proportionem & Situm *Staminum* cum Piſtillis elaboravi.

Monandria	1.	*Heptandria*	7.
Diandria	2.	*Octandria*	8.
Triandria	3,	*Enneandria*	9.
Tetrandria	4.	*Decandria*	10.
Pentandria	5.	*Dodecandria*	11.
Hexandria	6.	*Icoſandria*	12.
		Polyandria	13.

Didy-

Didynamia	14.	*Gynandria*	20.
Tetradynamia	15.	*Monœcia*	21.
Monadelphia	16.	*Diœcia*	22.
Diadelphia	17.	*Polygamia*	23.
Polyadelphia	18.	*Cryptogamia*	24.
Syngenesia	19.		

69. NATURALEM Methodum in Cotyledonibus, Calyce, Sexu, aliisque *Royenus* pulchre, *Hallerus* erudite, *Wachendorffius* græce, quæsiverunt.

a. ROYENUS Prof. Leydensis 1740.

Palmæ	1.	*Calycifloræ*	11.
Lilia	2.	*Ringentes*	12.
Gramina	3.	*Siliquosæ*	13.
Amentaceæ	4.	*Columniferæ*	14.
Umbellatæ	5.	*Leguminosæ*	15.
Compositæ	6.	*Oliganthereæ*	16.
Aggregatæ	7.	*Diplosantheræ*	17.
Tricoccæ	8.	*Polyantheræ*	18.
Incompletæ	9.	*Cryptantheræ*	19.
Fructifloræ	10.	*Lithophyta*	20.

b. HALLERUS Profess. Gœttingensis 1742.

Fungi - -	1.	*Diplostemones* - -	9.
Musci - -	2.	*Isostemones* - -	10.
Epiphyllospermæ -	3.	*Mejostemones* - -	11.
Apetalæ - -	4.	Staminibus *sesquialteris*	12.
Gramina - -	5.	Staminibus *sesquitertiis*	13.
Graminib. affinia -	6.	Staminibus *quatuor, ringentes*	14.
Monocotyled. *Petaloideæ*	7.	*Congregatæ* - -	15.
Polystemones -	8.		

c. WACHENDORFFIUS Professor Ultrajectinus 1747.

Gymnospermæ -	1.	*Cylindrantheræ* -	11.
Homojodiperianthæ	2.	*Monoperianthæ* -	12.
Anomojodiperianthæ	3.	*Monophythanthæ*	13.
Palloplostemonopetalæ	4.	*Diphythanthæ* -	14.
Anisostemonopetalæ	5.	*Acalyces* - -	15.
Cylindrobasiostemones	6.	*Calycinæ* - -	16.
Dimacrostemones -	7.	*Spathaceæ* -	17.
Tetramacrostemones	8.	*Glumosæ* - -	18.
Distemonopleantheræ	9.	*Cryptanthæ* -	19.
Eleutherantheræ	10.		

70. COM-

70. COMPOSITOS Flores (77 : 21) VAILLANTIUS (33) a Calyce (86. 1), Receptaculo (86. 7) & Seminum Coronula (86. 6) diſtinguit; PONTEDERA (33) de Compoſitis Vaillantio theoretice accedit in ordinibus.

VAILLANTIUS. 1718.

CLASSES. *Cynarocephali, Corymbiferi, Cichoracei, Dipſacei.*

ORDINES. Calyx : *ſimplex, imbricatus, calyculatus.*

Receptaculum : *nudum, piloſum, paleaceum.*

Coronula : *nulla, piloſa, plumoſa.*

71. UMBELLATOS (77. 22) MORISONUS (34) ſecundum Figuram Seminum diſpoſuit; ARTEDIUS (34) autem ſecundum Involucra (77. 1) trifariam primus diſtribuit.

MORISONUS ſeminum ſimilitudinem reſpexit.

ARTEDIUS involucra tantum introduxit.

Involucrum 1 *univerſale & partiale.*
2 tantum *partiale.*
3 *nullum.*

72. GRAMINA (77 : 13. 14) RAJUS (35) ſecundum affinitatem cum Cerealibus diſponit, cui aſſentit MONTI, & ſplendide elaboravit SCHEUCHZERUS (35). MICHELIUS (36) ſecundum Glumas ſimplices & compoſitas. Nos (35) ſecundum Sexum Gramina retulimus.

RAJI, MONTI, SCHEUCHZERI Claſſes ſunt.

Spicata	*Triticea*		*Dactyloidea*
	Hordeacea	Paniculata	*Simplicia mutica.*
	Secalina		*ariſtata.*
	Loliacea		*Compoſita.*
	Panicea	Affines	*Linagroſtis*
	Phalaroidea		*Juncoides*
	Alopecuroidea		*Juncus*
	Typhoidea		*Canna*
	Myoſuroidea		*Scirpus*
	Echinata		*Cyperus*
	Criſtata		*Cyperoides*
	Anomala		

73. MU-

73. MUSCOS (77. 65) ſtupenda induſtria detexit & abſolvit DILLENIUS (36).

Calyptrati.
Calyptra deſtituti.

74. ALGAS (77. 66.) DILLENIUS ex Textura, MICHELIUS ſecundum flores diſpoſuit.

75. FUNGOS (77. 67) DILLENIUS (37) ſecundum Pileos, MICHELIUS (37) ſecundum fructificationes diſpeſcuit.

DILLENII diviſio ſecundum Pileos, unde
Lamelloſi,
Poroſi,
Echinati.

76. LITHOPHYTA olim relicta *Plutoni*, MARSILIUS *Floræ* imperio ſubjecit, at PEYSONELLUS eadem *Faunæ* Regno reſtituit.

Amœn. acad. 8°. ratio *Peyſonelli* 1727. B. *Juſſiæi* 1771.

77. METHODI NATURALIS Fragmenta ſtudioſe inquirenda ſunt.

Primum & ultimum hoc in Botanicis deſideratum eſt.
Natura non facit ſaltus.
Plantæ omnes utrinque affinitatem monſtrant, uti Territorium in Mappa geographica.
Fragmenta, quæ ego propoſui, hæc ſunt:

1. PIPERITÆ
Arum
Dracontium
Calla
Acorus
Saururus
Pothos
Piper
Phytolacca.

2. PALMÆ.
Corypha
Boraſſus
Coccus
Chamærops
Phœnix
Cycas

3. SCITAMINA.
Muſa
Thalia
Alpinia
Coſtus
Canna
Maranta
Amomum
Curcuma
Kæmpferia

4. ORCHIDEÆ.
Orchis
Satyrium
Serapias
Herminium
Neottia
Ophrys
Cypripedium
Epidendrum
Limodorum
Arethuſa.

5. ENSATÆ.
Iris
Gladiolus
Antholyza
Ixia
Siſyrin-

Sifyrinchium
Commelina
Xyris
Eriocaulon
Aphyllantes.

6. TRIPETALODEÆ.
Butomus
Alifma
Sagittaria.

7. DENUDATÆ.
Crocus
Gethyllis
Bulbocodium
Colchicum.

8. SPATHACEÆ.
Leucojum
Galanthus
Narciffus
Pancratium
Amaryllis
Crinum
Hæmanthus.

9. CORONARIÆ.
Ornithogalum
Scilla
Hyacinthus
Afphodelus
Anthericum
Polianthes.

10. LILIACEÆ.
Lilium
Fritillaria
Tulipa
Erythronium.

11. MURICATÆ.
Bromelia
Renealmia
Tillandfia.
Burmannia.

12. COADUNATA.
Annona
Liriodendrum
Magnolia
Uvaria
Michelia
Thea.

13. CALAMARIÆ.
Bobartia
Scirpus
Cyperus
Eriophorus
Carex
Schœnus
Flagellaria ?
Juncus ?
Scheuchzeria ?

14. GRAMINA.
Zea
Coix
Ifchæmum
Cornucopiæ
Nardus
Saccharum
Zizania
Phalaris
Phleum
Alopecurus
Panicum
Milium
Agroftis
Lagurus
Dactylis
Holcus
Melica
Aira
Poa
Briza
Uniola
Cenchrus
Cynofurus
Bromus
Feftuca
Avena
Arundo
Lolium
Triticum
Ægilops
Secale
Hordeum
Elymus
Anthoxanthum
Oryza.

15. CONIFERÆ.
Abies
Pinus
Cupreffus
Thuja
Juniperus
Taxus
Ephedra.

13. AMENTACEÆ.
Piftacia
Myrica
Alnus
Betula
Salix
Populus
Plantanus
Carpinus
Corylus
Juglans
Quercus
Fagus.

17. NUCAMENTACEÆ.
Xanthium
Ambrofia
Parthenium
Iva
Micropus
Artemifia ?

18. AGGREGATÆ.
Statice
Protea
Leucadendros
Heben-

Hebenſtretia
Brunia
Cephalanthus
Globularia
Scabioſa
Knautia
Dipſacus
Valeriana
Morina
Boerhavia
Circæa ?

19. DUMOSÆ.
Viburnum
Tinus
Opulus
Sambucus
Rondeletia
Bellonia
Maurocenia
Caſſine
Rhus
Cotinus
Celaſtrus
Euonymus
Ilex
Tomex
Prinos
Callicarpa
Lawſonia.

20. SCABRIDÆ.
Ficus
Dorſtenia
Parietaria
Urtica
Cannabis
Acnida
Humulus
Morus.

21. COMPOSITI.
a. Semifloſculoſi.
Prenanthes
Lactuca
Chondrilla
Hieracium
Crepis
Andryala
Hypochæris
Pieris
Hyoſeris
Leontodon
Scorzonera
Tragopogon
Scolymus
Sonchus
Lapſana
Cichorium
Catananche
Elephantopus.

b. Capitati.
Echinops
Sphæranthus
Gundelia
Arctium
Serratula
Onopordum
Carduus
Cynara
Carthamus
Carlina
Cnicus
Atractylis
Centaurea
Corymbium.

c. Corymbiferi.
Stœbe
Santolina
Chryſocoma
Tanacetum
Kleinia
Stæheſina
Xeranthemum
Gnaphalium
Carpeſium
Conyza
Tarchonanthus
Baccharis
Erigeron
Tuſſilago
Doronicum
Solidago
Senecio
Inula
Aſter
Gerbera
Othonna
Chryſanthemum
Matricaria
Buphthalmum
Anacyclus
Cotula
Anthemis
Achillæa
Eriocephalus
Helenia
Arctotis
Bellis
Tagetes

d. Oppoſitifolii.
Helianthus
Rudbeckia
Coreopſis
Bidens
Verbeſina
Sigesbeckia
Milleria
Silphium
Eupatorium
Ageratum
Oſteoſpermum
Calendula ?
Chryſogonum ?
Melampodium ?
Tridax ?
Tetragonotheca ?

22. UMBEL-

22. UMBELLATÆ.
Eryngium
Arctopus
Hydrocotyle
Sanicula
Aſtrantia
Tordylium
Caucalis
Artedia
Daucus
Ammi
Bunium
Conium
Selinum
Athamanta
Peucedanum
Crithmum
Cachrys
Ferula
Laſerpitium
Liguſticum
Angelica
Sium
Buhon
Siſon
Œnanthe
Phellandrium
Cicuta
Coriandrum
Æthuſa
Bupleurum
Scandix
Chærophyllum
Seſeli
Imperatoria
Heracleum
Thapſia
Paſtinaca
Smyrnium
Anethum
Carum
Ægopodium
Apium
Aniſum
Lagœcia.

23. MULTISILIQUÆ.
Pœonia
Aquilegia
Aconitum
Delphinium
Garidella
Nigella
Iſopyrum
Helleborus
Caltha
Ranunculus
Myoſurus
Adonis
Anemone
Hepatica
Pulſatilla
Abscissio: sic *Castratio* in omni flore.

145. GENERATIONEM (138) Vegetabilium fieri mediante Pollinis Antherarum illapsu supra Stigmata nuda, quo rumpitur Pollen, efflatque *auram seminalem*, quæ absorbetur ab humore Stigmatis: quod confirmat Oculus, Proportio, Locus, Tempus, Pluviæ, Palmicolæ, Flores nutantes, submersi, Syngenesia, immo omnium florum genuina consideratio.

Oculus: Pollinem intrare Germina credit *Marilandus*; ejusdem essentiam extrahi mediante stigmate madido statuit *Vaillant*; Pollinem Aceris rumpi in humore vidit *B. Jussiæus*; omnem Pollinem in humore explodere auram seminalem confirmavit *Needham*.

Proportio: Stigmata sese nectere ad antheras, dein exseri ex *Diantho*, *Passiflora*, *Nigelia* patet.

Pistillum ubi brevissimum, connivent Antheræ supra stigmata: *Saxifraga*, *Parnassia*.

Connivent, dum efflant pollinem Antheræ in *Celosia*.

Comprimit Corolla digitis antheras ad Stigmata in *Teucrio*.

Locus: Nunquam Pistilliferæ sponte nascuntur sine staminiferis in eadem terra; prodeunt, ex eodem semine ambæ.

Tempus: in Diclinis flores ante germinationem foliorum plerumque prodeunt, ne folia tegant Pistilla: *Salix*, *Populus*, *Corylus*, &c.

Pluvia: combibunt Pollen, ut in Stigmata cadere nequeat; *Hortulanis* notissimum in Drupiferis & Pomiferis. *Agricolis* detestabiles in agris secalinis.

Fumus idem etiam facit, absorbendo humidum stigmatis.

Palmi-

Palmicolæ : notiſſima *Theophraſto, Plinio, Kæmpfero*, aliiſque.
Piſtaciæ cultura in Archipelago : *Tourneſortius.*
Caprificatio Veterum, & adhuc in Archipelago per Inſecta. vide *Diſſert. noſtr. de Ficu.*
Flores nutantes gaudent piſtillo ſtaminibus longiore, ut cadat Pollen in Stigma : *Campanula*, *Leucoium*, *Galanthus*, *Fritillaria.*
Flores ſubmerſi adſcendunt ſub floreſcentia : *Nymphæa*, *Stratiotes*, *Myriophyllum*, *Potamogeton*, *Hydrocharis*, *Valiſneria.*
Syngeneſia fruſtranea, ubi ſtigma deeſt, ibi nulla fecundatio : in radio *Centaureæ*, *Helianthi*, *Rudbeckiæ*, *Coreopſidis.*
Tulipæ ſolitariæ ſi auferantur antheræ ante caſum Pollinis, ſterilis evadet.
Braſſicæ diverſarum varietatum, ſub floreſcentia in eodem loco ſatæ, numquam diſtincta dabunt Semina.
Rhodiola in Horto upſ. ſterilis erat ab anno 1702. in 1750. dum mas adducebatur, tum femina protulit.
Clutia ſterilis erat in Hortis pleriſque belgicis, ſed viſa Leydæ femina fecunda, Marem adeſſe predixi & reperi.
Cave ne *Ficus*, *Humulus*, *Muſa*, *Morus*, &c. fructiferæ abſque Staminibus diſſuadeant ; Diſtinguas Partes fructificationis, Calycem, Pericarpia, Receptacula a Seminibus.

146. CALIX ergo eſt *Thalamus*, COROLLA *Auleum*, FILAMENTA *Vaſa Spermatica* ; ANTHERÆ *Teſtes*, POLLEN *Genitura*, STIGMA *Vulva*, STYLUS *Vagina*, GERMEN *Ovarium*, PERICARPIUM *Ovarium fecundatum*, SEMEN *Ovum.*

Calyx poſſet pro *Cunni labiis* vel *Præputio* etiam haberi.
Corolla poſſet etiam loco *Nympharum* ſumi.
Filamenta, quæ ſuccum ad antheras deferunt, *vaſa ſpermatica* dicuntur.
Antheræ *Teſticuli* ſunt.
Stigma *Vulva*, reſpondens parti illi, quæ in ſexu ſequiore *lympham genitalem* ſecernit.
Stylus *Vagina* vel *Tubæ Fallopianæ*, reſpondet, licet huic minus proprie.

Germen.

Germen *Ovarium*, cum contineat feminum rudimenta.
Pericarpium *Ovarium fecundatum*, unde ova producit fecunda.
Semina *Ova* esse ex dictis §. 134 135. patet.

147. Plantarum VENTRICULUS est *Terra*, VASA CHYLIFERA *Radix*, OSSA *Truncus*, PULMONES *Folia*, COR *Calor*, hinc Planta *Animal inversum* veteribus dictum fuit.

Animal inversum, olim planta dicta fuit; haurit radice, tanquam vasis lacteis chymum e minimis particulis humi, quod adscendit per caulem rigidum, in cujus divaricatione enascuntur Genitalia.

Cor plantis nullum, sed Calor efficit omne; nec opus est corde, ubi nec perpetui mobilis effectus necessarius est, & ubi propulsio, non circulatio, humorum.

Folia in motu constituta & perspirantia hoc modo pulmonibus respondent; in se tamen reipsa musculi analoga sunt, licet non uti in animalibus cauda affixa, cum motus voluntarius in his dari nequeat.

148. FLOS (140), qui *Antheras* (143) MASCULUS; qui *Stigmata* (145) FEMINEUS, qui *utraque* (143 144) continet, HERMAPHRODITUS dicitur.

Hermaphroditi adeo frequentes sunt in vegetabilibus, ut rariores in Animalibus; inter *Vermes* multi videntur esse hermaphroditi; Androginæ certe *Cochleæ* sunt.

Necessaria est sexus conjunctio in plantis, quum conjugem quærere & adire nequeant.

149. PLANTA quæ floribus tantum masculis (148); MAS,
quæ floribus tantum femineis (148); FEMINA,
quæ floribus tantum hermaphroditis (148), HERMAPHRODITA,
quæ masculis & femineis simul, (a. b.) ANDROGYNA.
quæque hermaphroditis & femineis aut

aut maſculis ſimul, POLYGAMA dicitur; hæc tamen plerumque *Hermaphrodito* aut *Hermaphrodita* conſtat.

HERMAPHRODITA Planta gerit ſuper eandem Radicem flores omnes *ſtaminibus* piſtilliſque inſtructos, ut *Genera pleraque.*

ANDROGYNA gerit ſuper eandem radicem Flores & *Maſculos* & *Femineos* ſimul.

Ceratocarpus,	*Zannichellia,*	*Callitriche,*	*Cynomorium.*
Zea,	*Coix,*	*Carex,*	*Axyris,*
Typha,	*Sparganium,*	*Phyllanthus,*	*Tragia.*
Urtica,		Morus,	Plantago,
Alnus,	*Betula,*	*Buxus.*	
Xanthium,	*Ambroſia,*	*Iva,*	*Parthenium,*
Amaranthus,	Compoſitæ & Umbellatæ nonnullæ.		
Zizania,	Rumex.		
Myriophyllum,	*Ceratophyllum,*	*Sagittaria,*	*Poterium.*
Quercus,	*Corylus,*	*Carpinus,*	*Juglans,*
Fagus,	*Liquidambar.*		
Pinus,	*Abies,*	*Cupreſſus,*	*Thya,*
Ricinus,	*Jatropha,*	*Sterculia,*	*Croton,*
Acalypha,	*Theligonum,*	*Hura,*	*Hernandia.*
Cucurbita,	*Cucumis,*	*Trichoſanthes,*	*Momordica,*
Bryonia,	*Sicyos,*	*Feuillea.*	
Andrachne.			
Fucus,	*Iſoetes,*	*Pilularia.*	
Bryum,	*Hypnum,*	*Phaſcum,*	*Lycopodium.*

MAS aut FEMINA gerit flores in eadem planta aut ſolos *Maſculos* aut *Femineos* tantum.

Najas?			
Valiſneria,	*Salix,*	*Rumex,*	
Oſyris,	*Ficus,*	Valeriana.	
Viſcum,	*Hippomane,*	*Myrica,*	*Hippophaë,*
Morus,	Urtica.		
Antideſma,	Rhus,	Rhamnus.	
Piſtacia,	*Ceratonia,*	*Piſonia,*	*Zanonia,*
Humulus,	*Cannabis,*	*Acnida,*	*Spinacia.*
Smilax,	*Tamus,*	*Rajania,*	*Dioſcorea,*
Ciſſampelos,	*Phœnix,*	*Boraſſus.*	
Pupulus,	*Dioſpyros,*	*Begonia.*	

Laurus

Laurus,	*Mercurialis*,	*Hydrocharis.*	
Carica,	Guilandina,	*Kiggelaria*,	*Coriaria*,
Datisca,	Cucubalus,	Silene.	
Aruncus.			
Clifortia.			
Juniperus,	*Taxus*,	*Ephedra.*	
Napæa,	Croton.		
Ruscus.			
Clutia.			
Polytrichum,	*Mnium*,	*Splachnum.*	

POLYGAMA (Hybrida aliis) conſtat floribus hermaphroditis neceſſario, dein alios habet alterius ſexus, & quidem modis ſequentibus:

fl. Hermaphroditi & Hermaphroditæ, ut alter flos hermaphroditus ſit ab altera parte, & alter a contraria ſterilis, ut *Muſa.*

fl. Hermaphroditæ & Maſculi in eadem planta: *Veratrum*, *Celtis*, *Ægilops*, *Vaillantia.*

fl. Hermaphroditæ & Maſculi in diſtincta planta: *Chamærops*, *Panax*, *Nyſſa*, *Dioſpyros.*

fl. Hermaphroditi & Feminei in eadem planta: *Parietarias*, *Atriplex.*

fl. Hermaphroditi & Feminei in diſtincta planta:

fl. Androgyni & Maſculi in diſtincta planta: *Arctopus.*

fl. Polygami ex Hermaphrodita & Maſculo in eadem planta: *Femina* in diſtincta: *Gleditſia.*

fl. Hermaphroditi, Maſculi & Feminei in diverſis plantis: *Empetrum.*

150. LUXURIANTES Flores (119) nulli Naturales, ſed omnes. *Monſtra* ſunt *Pleni.* (121) enim Eunuchi evaſerunt, adeoque ſemper abortiunt; *Multiplicati* (120) non æque; *Proliferi* (122) monſtroſorum augent deformationem.

Flos perfecte plenus nullus propagatur ſeminibus; ergo ipſe prodit vel e depactis ramis, vel e viviradicibus; ut *Dianthus*, *Lichnis*, *Hepatica*, *Cheiranthus*, *Tropæolum*, *Roſa*, *Punica*, *Calta*, *Ranunculus*, *Viola*, *Pæonia*, *Narciſſus.*

Pauci

Pauci Flores, ut *Papaver*, *Nigella*, potius multiplicati dicendi, quam perfecte pleni, ſemina perficiunt.

Luxuriantes flores multiplicant corollam cum damno ſtaminum, quæ excreſcunt in petala; adeoque *Multiplicati* flores plurima, *Pleni* omnia ſtamina amiſere. Multiplex ordo petalorum ideam præbet floris Multiplicati; at vero *Nymphææ*, *Cacti*, *Meſembryanthemi* flores multiplicati non ſunt dicendi, cum evadant tales abſque damno ſtaminum.

Sponſalia plantarum, qui de *Sexu plantarum* plura velit, adeat.



VI. CHARACTERES

151. FUNDAMENTUM. Botanices (4) duplex eſt: *Diſpoſitio* & *Denominatio.*

Syſt. nat. veget. 2. Fundamentum Botanices conſiſtit in Plantarum Diviſione & Denominatione Syſtematica: Generica & Specifica.

Claſſ. plant. 4. Nomina plantarum debent eſſe certa, adeoque impoſita certis Generibus.

Diſpoſitio eſt Denominationis fundamentum.

Scientia Botanices his cardinibus nititur; Sic plantæ omnes uno anno, primo intuitu, abſque præceptore, ſine iconibus aut deſcriptionibus, conſtanti memoria addiſcuntur. Ergo, qui hoc novit, Botanicus eſt, alius non.

152. DISPOSITIO (151) Vegetabilium diviſiones ſ. conjunctiones docet; eſtque vel *Theoretica*, quæ Claſſes, Ordines, Genera; vel *Practica*, quæ Species & Varietates inſtituit.

Diſpoſitio plantarum, ex fundamento fructificationis, recentiorum inventum eſt.

Practica ab eo poteſt tractari, qui de Syſtemate nihil intelligit.

Theoretica curam Syſtematis gerit; hanc *Cæſalpinus*, *Moriſonus*, *Tourneſortius* & alii excoluere.

153. Diſpoſitio Vegetabilium (152) vel *Synoptice* vel *Syſtematice* abſolvitur, & vulgo *Methodus* audit.

Synoptica diviſio ſeculo XVI. & XVII. maxime in uſu fuit.

Syſtematica vero ſeculo XVIII. præcipue exculta fuit, incepta a Tournefortio & Rivino.

Methodici ſummi methodo *mathematica*, in ſcientia naturali, a ſimplicioribus ad compoſita adſcendunt, adeoque incepere ab Algis, Muſcis, Fungis, uti *Rajus*, *Boerhavius*, &c.

Naturalis inſtinctus docet noſſe primum proxima & ultimo minutiſſima, e. gr. *Homines*, *Quadrupeda*, *Aves*, *Piſces*, *Inſecta*, *Acaros*, vel primum *majores* plantas, ultimo *minimos* Muſcos.

Natura ipſa ſociat & conjungit *Lapides* & *Plantas*, *Plantas* & *Animalia*; hoc faciendo non connectit perfectiſſimas

Plantas cum Animalibus maxime imperfectis dictis, fed imperfecta Animalia & imperfectas Plantas combinat, e. gr.
Lernæam Animalcucum & *Confervam Algam.*
Spongiam Algam & *Corollia* Animalia;
Tæniam, *Confervam* articulatam, *Corallinam.*
Lithoceratophyton B. intra *Vegetabile*, extra *Lapideum*, ex *Animali.*

154. SYNOPSIS (153) tradit Divifiones (152) arbitrarias, longiores aut breviores, plures aut pauciores; a Botanicis in genere non agnofcenda.

Synopfis, eft dichotomia arbitraria, quæ inftar viæ ad Botanicen ducit, Limites autem non determinat.
Clavis claffium Synoptica eft ex artis lege, ne confundantur diftinguenda.
Methodici varii hanc viam inceffernnt: *Rajus*, *Knautius*, *alii.*

155. SYSTEMA (153) Claffes per 5 appropriata membra refolvit: *Claffes*, *Ordines*, *Genera*, *Species*, *Varietates.*

Exempla hæc illuftrant in aliis fcientiis.

Geogr.	*Regnum*,	*Provincia*,	*Territorium*,	*Paræcia*,	*Pagus.*
Milit.	*Legio*,	*Cohors*,	*Manipulus*,	*Contubernium*,	*Miles.*
Phil.	G.*Summum*,	*Intermed*,	*Proximum*,	*Species*,	*Individ.*
Botan.	*Claffis*,	*Ordo*,	*Genus*,	*Species*,	*Variet.*

Tournefortio debet Botanice hos familiarum limites.
Differentia inter Synopfin & Syftema hæc eft:
Synopfi: *a* 2; *b* 4; *c* 8: *d* 16; *e* 32.
Syftemati: *a* 10; *b* 100; *c* 1000: *d* 10000; *e* 100000; itaque præftat Syftema Synopfi.

156. Filum ariadneum Botanices eft Syftema (155); fine quo Chaos eft Res herbaria.

Exemplo fit planta incognita indica: evolvat Botanophilus descriptiones, figuras, indices omnes, nec reperiet nomen, nifi cafu; fed Syftematicus five antiquum, five novum genus mox determinabit.
Syftematicis, qui filum hoc duxere, omni ævo honos permanebit, quum eo deftituti Mæandros Botanices errantes intrarent omnes.

Veri

Veri systematici Autores s. Inventores probe a Compilatoribus distinguendi.

Systema etiam omissas indicat per se plantas, quod nunquam Catalogi enumeratio.

*57. SPECIES (155) tot numeramus, quot diversæ formæ in principio sunt creatæ.

Class. plantar. 5. Species tot sunt, quot diversas formas ab initio produxit Infinitum Ens; quæ formæ, secundum generationis inditas leges, produxere plures, at sibi semper similes. Ergo species tot sunt, quot diversæ formæ s. structuræ hodienum occurrunt.

Oratio de *Telluris habitabilis incremento*. Ups. & Leyd. edita, consequentias plurimas super hoc argumentum edocuit.

Radix extenditur in herbam inque infinitum, usque dum apice rumpantur integumenta in florem, formantque semen contiguum, ultimum terminum vegetationis; Hoc semen cadit, prognascitur, & in diverso loco quasi plantam continuat; hinc simillimam sobolem producit, uti Arbor ramum, Ramus gemmam, Gemma herbam; ergo Continuatio est Generatio plantarum.

NOVAS SPECIES dari in vegetabilibus negat generatio continuata, propagatio, observationes quotidianæ, Cotyledones.

Dubium movere *Marchant. act. paris.* 1719; *Ego* in *Peloria* 1744; *Gmelinus* in *orat. inaugur.* 1749; vide *Amœnit. acad.* 71.

Nymphoides T. Herba *Nymphææ*, fructificatio *Menyanthis*.
Datisca, mas *Cannabis* femina *Reseda*.
Tragopogon Hort. ups. 3. quasi ex patre *Lapsana*.
Hyoscyamus Hort. ups. 2. - - - - *Physalide*.
Poterium Hort. ups 2. - - - - - *Agrimonia*.
Saxifraga Fl. suec. 358. - - - - *Parnassia*.
Dracocephalum Hort. ups. 6. - - - *Nepeta*.
Primulæ sp. alpina - - - - - - *Cortusa*.
Carduus Hort. ups. 1. degenerans in *Carduum Pyrenaicum*.
Mesembryanthema numerosa ad *Caput Bonæ Spei*.
Gerania africana, conformia flore, *ad Cap. Bon. Spei*.
Cacti omnes in sola *America*.
Aloë numerosissimæ in *Africa*.
Varietates singulares numerosæ. *Tournef. corollar.*
Verbena virginica nobis observata.

Delphinium obſervante *Gmelino.*
Mercurialis foliis multifidis *Marchantii.*

158. VARIETATES (155) tot ſunt, quot differentes plantæ ex ejuſdem ſpeciei (157) ſemine ſunt productæ.

Varietas eſt Planta mutata a cauſſa accidentali: *Climate, Solo, Calore. Ventis, &c.* reducitur itaque in *Solo* mutato.

Species varietatum ſunt *Magnitudo, Plenitudo, Criſpatio, Color, Sapor, Odor.*

Excludi poſſent varietates e re herbaria, at
Œconomi Magnas & Criſpas,
Hortulani Plenas & Coloratas,
Medici Sapidas & Odoratas æſtimant.

Tropæolum flore pleno ex America cura Bewerningii 1684.

159. GENERA (155) tot dicimus, quot ſimiles conſtructæ fructificationes proferunt diverſæ Species (157) naturales.

Cæſalp. Confuſis generibus confundi omnia neceſſe eſt.

Claſſ. plant. 6. Omnia Genera & Species naturales eſſe confirmant revelata, inventa, obſervata.

Syſt. nat. veget. 14. Genus omne eſt naturale, in primordio tale creatum, hinc pro lubitu & ſecundum cujuſcumque theoriam non proterve diſcindendum aut conglutinandum.

Exemplo conſtat *Ranunculi, Aconiti, Nigellæ, Claytoniæ, Hibiſci, Paſſifloræ,* infinitorum, præſertim a poſteriori.

160. CLASSIS (155) eſt Generum (159) plurium convenientia in partibus fructificationis (86) ſecundum principia naturæ & artis.

Tournefort. Claſſis eſt congeries generum, quibus nota quædam communis adeo propria eſt, ut ab aliis omnibus generibus plantarum prorſus differat.

Naturales dari *claſſes* (§. 77.) ita creatas patet ex plurimis: *Umbellatis, Verticillatis, Siliquoſis, Leguminoſis, Compoſitis, Graminibus, &c.*

Artificiales claſſes ſuccedaneæ ſunt naturalium, uſque dum omnes naturales ſint detectæ, quas plura genera, nondum detecta, revelabunt, & tum limites claſſium difficillimi evadant.

Caven-

Cavendum ne imitando naturam filum ariadneum (156) amittamus, uti *Morisonus* & *Rajus.*

161. ORDO (155) est Classium (160) subdivisio, ne plura Genera (159) distinguenda simul & semel evadant, quam animus facile assequatur.

Ordo est Classium subdivisio; facilius enim distinguuntur genera 10, quam 100.

162. NATURÆ opus semper est *Species* (157) *Genus* (159): CULTURÆ sæpius *Varietas* (258) NATURÆ & ARTIS *Classis* (160) & *Ordo* (161).

Species constantissimæ sunt, cum earum generatio est vera continuatio.

Genera esse naturalia evincunt plurimæ plantæ: *Aconita*, *Nigellæ*, *Bignoniæ*, *Ranunculi*, *Mesembryanthema*, *Zygophylla*, *Gerania*, *Oxalides.*

Varietates culturæ opus esse, docet *Horticultura* quæ easdem sæpius & producit, & reducit.

Classes & *Ordines* plerosque naturales esse, docent ordines naturales §. 77.

163. HABITUS est conformitas quædam Vegetabilium affinium & cogenerum, in *Placentatione*, *Radicatione*, *Ramificatione*, *Intorsione*, *Gemmatione*, *Foliatione*, *Stipulatione*, *Pubescentia*, *Glandulatione*, *Lactescentia*, *Inflorescentia*, aliisque.

FACIES EXTERNA vulgo a Botanicis antea dictus est Habitus.

C. *Bauhinus* & *Veteres* egregie ex Habitu plantarum divinarunt earundem affinitates, ut ipsi Systematici sæpius deflexerint, ubi Habitus recta duxerat.

Methodus naturalis est ultimus finis Botanices (§. 77).

Fructificatio, recentiorum inventum, viam primario aperuit ad Methodum naturalem, sed nec hæc etiamnum ita intelligitur, ut omnes classes detegat.

Habitus, uti in Quadrupedibus distinguit Feras a Pecoribus, quamvis Dentes non inspicerentur; sic etiam in Plantis sæpe harum ordines naturales primo intuitu manifestat.

I. PLACENTATIO eſt cotyledonum diſpoſitio, ſub ipſa Seminis Germinatione.

1. *ACOTYLEDONES* ubi nulli omnino exſtant cotyledones: *Muſci*.

2. *MONOCOTYLEDONES* (quamvis hæ proprie acotyledones ſint, cum cotyledones perſiſtunt intra Semen.)
 perforatæ: *Gramina*.
 unilaterales: *Palmæ*.
 reductæ: *Cepa*.

3. *DICOTYLEDONES* immutatæ: *Legumina*, *Poma*, *Drupæ*, *Didynamia*.
 plicatæ: *Goſſypium*.
 duplicatæ: *Tetradynamia*, *Malvæ*.
 obvolutæ: *Helxine*.
 ſpirales: *Salſola*, *Salicornia*, *Ceratocarpus*, *Baſella*, *Holeraceæ omnes* 7 : 52.
 reductæ: *Umbellatæ*.

4. *POLYCOTYLEDONES* *Pinus* 10.
 Cupreſſus 5.
 Linum 4?

II. RADICATIO eſt Radicis diſpoſitio: caudice deſcendente, adſcendente & Radiculis. Exempla ex §. 80. petenda.

Bulboſa ſquamoſa: *Lilium*: Tunicata: *Cepa*; Duplicata: *Fritillaria*. Solida: *Tulipa*.
Tuberoſa palmata: *Orchis*; Faſciculata: *Pæonia*. Pendula: *Filipendula*, *Elæagnus*.
Articulata (8;): *Lathræa*, *Oxalis*, *Martynia*, *Dentaria*.
Fuſiformis: *Paſtinaca*, *Daucus*, *Raphanus*.
Globoſa: *Ranunculi ſpec.* *Chærophylli ſp.* *Bunium*.

III. RAMIFICATIO manifeſtatur in ſitu *Ramorum*, quem *Folia* ſequuntur.

Nulli rami, licet folia prodeant in caule: *Dictamnus*, *Pæonia*, *Epimedium*, *Podophyllum*.

Folia oppoſita & alterna in plantis, plerumque vegetabilia diverſiſſima indicant, paucas ſi excipias, quarum aliæ ſpecies foliis oppoſitis, aliæ alternis ſunt: ut.
 Euphorbia, *Ciſtus*, *Lantana*.
 Antirrhinum, *Lilium*, *Epilobium*.

Folia

Folia inferne oppoſita ad ramos, ſuperne alterna ad flores:
Antirrhinum, *Jaſminum*.
Veronica, *Borrago*.

Folia inferne alterna, ſuperne oppoſita in ramos:
Potentilla 1. *H. upſal. Potamogeton.*

Folia inferne oppoſita, ſuperne terna: *Nerium.*

Folia inferne terna, ſuperne alterna (rami inferne terni nec alii): *Ruſcus.*

Folia inferne quaterna, ſuperne alterna: *Coreopſis* 2. *Hort. upſ.*
Antirrhinum 3. *Hort. upſ.*

Naturalem ſitum qui eruere geſtit in plantis ramificatione diverſis, adeat Folia radicalia.

IV. INTORSIO eſt flexio partium verſus alterum latus.

CAULIS volubilis ſiniſtrorſum ☾:
Tamus, *Dioſcorea*, *Rajania*, *Meniſpermum*, *Ciſſampelos*, *Hippocratea*.
Lonicera
Humulus
Helxine.
dextrorſum ☽:
Phaſeolus, *Dolichos*, *Clitoria*, *Glycine*, *Securidaca*.
Convolvulus, *Ipomæa*,
Cinanche, *Periploca*, *Ceropegia*,
Euphorbia, *Tragia*.
Baſella,
Eupatorium,
Tournefortia.

CIRRHUS volubilis dextrorſum retrorſumque.
Leguminoſæ pleræque ejuſmodi cirrhos gerunt.
Smilax petiolos cirrhiferos profert; idem ferme *Piper*.

COROLLA ſiniſtrorſum (*):
Aſclepias, *Nerium*, *Vinca*, *Rauwolfia*, *Periploca*, *Stapelia*.
dextrorſum: *Pedicularis Fl. ſu.* 505. 507. 508.

(*) *Siniſtrorſum* hoc eſt, quod reſpicit dextram, ſi ponas Te ipſum, in centro conſtitutum, meridiem adſpicere; *Dextrorſum* itaque contrarium.

Trientalis singularis, quod petala omnia altero latere imbricatim dextrorsum incumbant.

Gentiana contra solem, ante explicationem, imbricata est.

PISTILLA sinistrorsum: *Cucubalus*, *Silene*.
GERMINA contorta sinistrorsum: *Helicteres*, *Ulmaria*.
FLORUM resupinatio, cum corollæ labium superius terram, inferius cœlum spectat: *Violæ Europeæ*, *Ocymum*, *Ajuga orientalis*, *Satyrii species*.
obliquitas: *Hyssopi Lophanthus* ☽. *Nepeta H. upf.* 3. *Pedicularis*, ☾ *Fl. su.* 505. 507. 508.
SPICÆ spirales: *Asperifoliæ*. *Claytonia*.
incurvatio: *Saururus*, *Mimosa*, *Petiveria*, *Papaver*, *Sedum rubrum*, *Lilium martagon*.

HYGROMETRICA varia ex fibrarum contorsione occurrunt in variis plantis.
Avenæ arista funis instar contorta.
Geranii seminis arillus caudatus spiralis.
Mnium, quod *Bryum* Fl. su. 903. pedunculo inferne & superne contrario torto.

V. GEMMATIO est Gemmæ constructio ex foliis, stipulis, petiolis aut squamis.

1. *OPPOSITIVÆ PETIOLARES.*

a. *Ligustrum*
Phillyrea
Nyctantes
Syringa
Hypericum
Coriaria
Buxus.
b. *Jasminum*
Vaccinium
Arbutus
Andromeda
Ledum
Daphne
Laurus
Myrica.
c. *Linæa*
Diervilla
Lonicera.
d. *Euonymus*.
e. *Fraxinus*
Acer
Esculus
Bignonia.
f. *Opulus*
Sambucus.
g. *Psidium*.

2. *OPPOSITIVÆ STIPULACEÆ.*

Cephalanthus. *Rhamnus catharticus.*

3. *ALTERNATIVÆ PETIOLARES.*

a. *Salix.* b. *Spiræa.* c. *Genista* *Solanum.*
Hippophaë d. *Berberis* *Ilex.* e. *Ribes.*
f. *Juglans.* *Pistacia.* g. *Plumbago.*

4. *ALTERNATIVÆ STIPULACEO-PETIOLARES.*

a. *Sorbus* *Cratægus* *Prunus* *Mespilus germ.* b. *Pyrus* *Malus.*
e. *Cotoneaster* *Amygdalus* *Cerasus* *Padus* d. *Melianthus* *Rosa*
Rubus. *Vitis.* *Robinia.* *Cytisus.* e. *Potentilla fruticos.* *Staphylæa.*

5. *ALTERNATIVÆ STIPULACEÆ.*

a. *Populus.* b. *Tilia* *Ulmus* *Quercus*
Fagus *Carpinus* *Corylus.*
c. *Betula* *Alnus.* d. *Ficus.* *Morus.*

6. *ANOMALÆ.*
a. *Abies!*
b. *Pinus.*
c. *Taxus.*

7. *NULLÆ.*
Carentes gemmis
§. 85. p. 51.

VI. FOLIATIO est complicatio ea, quam servant *Folia* dum intra Gemmam aut Asparagos plantarum latent. Hæc prætervisa antecessoribus sequentes modos agnoscit. Tab. X.

1. *INVOLUTA*, quorum margines laterales utrinque introrsum spiraliter involvuntur. Fig. 2. 10. 11.
2. *REVOLUTA*, quorum margines laterales utrinque retrorsum spiraliter convolvuntur. Fig. 3. 12.
3. *OBVOLUTA*, quum margines alterni comprehendunt oppositi folii marginem rectum. Fig. 7.
4. *CONVOLUTA*, cum unius lateris margo circumambit alterum ejusdem folii marginem instar cuculli. Fig. 1. 9.
5. *IMBRICATA*, quando parallelæ, superficie recta, sibi invicem incumbunt. Fig. 5.

6. *EQUI-*

6\. *EQUITANTIA*, quum folii latera parallele connivent; ut interiora ab exterioribus includantur; quod non in Conduplicatis (7) obtinet. Fig. 5. 13. 14.

7\. *CONDUPLICATA*, cum folii latera parallele ſibi invicem approximantur. Fig. 4.

8\. *PLICATA*, cum plicatim longitudinaliter complicantur, uti folia plicata §. 83. Fig. 8.

9\. *RECLINATA*, quum folia verſus petiolum deorſum reflexa ſunt.

10\. *CIRCINALIA*, quum folia deorſum ſpiraliter involvuntur.

1\. INVOLUTA.
Lonicera
Diervilla
Evonymus
Rhamnus cathar.
Pyrus
Malus
Populus
Plumbago
Viola
Commelina ann.
Plantago
Aliſma
Potamogeton natans
Nymphæa
Saururus
Aſter ann.
Humulus
Urtica
Hepatica
Sambucus
Ebulus
Staphylæa.

2\. REVOLUTA.
Roſmarinus
Teucrium Marum,
Dracoceph. digit.
Nerium
Andromeda
Ledum
Epilobium irregul.
Salicis ſpecies!
Rumex
Perſicaria
Polygonum.
Parietaria
Primula
Carduus
Cnicus.
Tuſſilago
Senecio
Othonna
Potentilla fruticoſa.
Ptelea.

3\. OBVOLUTA.
Dianthus
Lychnis
Saponaria
Epilobium oppoſitif.
Dipſacus
Scabioſa
Valeriana
Marrubium
Phlomis
Salvia
Praſium.

4\. CONVOLUTA.
Canna.

Amomum
Calla
Arum
Piper
Hydrocharis
Commelina lutea.
Gramina pleraque
Prunus
Armeniaca
Dodecatheon
Crepis
Lactuca
Hieracium
Sonchus Sibir.
Tragopogon
Orobus
Vicia
Lathyrus
Solidago
Aſter
Pinguicula
Vaccinium
Pyrola
Berberis
Braſſica
Armoracia
Symphytum
Cynogloſſum
Potomog. perf.
Eryngium
Menyanthes conjunctim
Saxifraga
Aralia
Dictamnus
Epimedium.

5. IMBRICATA.

Syringa
Liguſtrum
Phillyrea
Nyctanthes
Linnæa.
Cephalanthus
Coriaria
Hypericum
Vaillantia
Juſticia
Portulaca
Laurus
Daphne
Hippophaë
Ruſcus
Cyanus perennis
Meſpilus Germ.
Campanula
Polemonium
Sium.

6. EQUITANTIA.

Hermerocallis
Gramina nonnulla
Poa.
Iris
Acorus
Carex.

7. CONDUPLICATA.

Quercus
Fagus (intimum)
Coralus ſemi (ſecunde)
Carpinus (ſecunde)
Tilia (ſecunde)
Padus ſpiraliter
Ceraſus – – –
Amygdalus – –
Cotoneaſter – –
Frangula
Alaternus
Paliurus
Juglans
Piſtacia
Rhus
Fraxinus
Sorbus
Roſa

Rubus
Potentilla vulg.
Comarum obvolutum!
Bignonia
Cytisus
Robinia
Pisum
Diadelphiæ pleræque
Melianthus
Pastinaca
Heracleum
Laserpitium
Poterium.

8. PLICATA.
Cratægus
Betula
Alnus
Fagus!
Vitis
Acer
Opulus
Viburnum
Ribes
Althæa
Malva
Humulus
Urtica
Passiflora
Alchemilla.

9. RECLINATA.
Podophyllum
Aconitum
Hepatica
Pulsatilla
Anemone
Adoxa.

10. CIRCINALIA.
Filices
Palmæ nonnullæ.

VII. STIPULATIO est Stipularum situs & structura ad basin foliorum.

Stipulæ non minus quam folia in diversis diversæ existunt.

a. Nullæ: *Asperifoliæ*, *Didynamia*, *Stellatæ*, *Siliquosæ*, *Liliaceæ*, *Orchideæ*, *Compositæ plurimæ*.
Præsentes: *Papilionaceæ*, *Lomentaceæ*, *Icosandria*.

b. Geminæ s. utrinque solitariæ: *plerisque*.
Solitariæ: *Melianthus* interne; *Ruscus* externe.

c. Deciduæ: *Padus*, *Cerasus*, *Amygdalus*, & *ordo* V. *Gemmarum*.
Persistentes: *Diadelphia*, *Icosandria polygyna*.

d. Adnatæ: *Rosa*, *Rubus*, *Potentilla*, *Comarum*, *Melianthus*.
Solutæ: *plerisque*.

e. Intrafoliaceæ: *Ficus*, *Morus*.
Extrafoliaceæ: *Diadelphia*, *Alnus*, *Betula*, *Tilia*.

VIII. PUBESCENTIA est Armatura plantæ, qua ab externis injuriis defenditur.

SCABRI-

SCABRITIES componitur particulis, nudis oculis vix manifeſtis, quibus adſpergitur plantarum ſuperficies.

GUETTARDUS lynceis oculis hanc, quaſi primus, vidit.

Glanduloſa Miliaris.
Veſicularis *Meſembryanthemum*, *Aizoon*, *Tetragonia.*
Lenticularis.
Globularis, *Atriplex*, *Chenopodium.*
Secretoria.
Catenulata.
Utricularis.

Setacea Cylindrica.
Conica.
Hamoſa.
Glandulifera. *Ribes.*
Furcata. *Lavandula.*
Securiformis. *Humulus.*
aggregatæ ſtellares *Alyſſum*, *Helicteres.*
ſimplices *Hippophaë.*

Articulata ſimplex.
nodoſa.
caudata.
ramoſa: *Verbaſcum.*
plumoſa.

LANA ſervat plantas ab æſtu nimio.
Salvia canarienſis, *Sideritis* canarienſis, Salvia Æthiopis.
Marrubium, *Verbaſcum*, *Stachys.*
Carduus eriocephalus, *Onopordum.*

TOMENTUM ſervat plantas a ventis; gaudet ſæpius colore *incano:*
Tomex.
Medicago, *Halimus.*

STRIGÆ arcent ſetis rigidis animalcula & linguas:
Cactus.
Malpighia.
Hibiſcus, *Rubus.*

HAMI adhærent animalibus prætereuntibus.
Triglochides *Lappula.*

incurvi

incurvi *Arctium*, *Marrubium*,
Xanthium, *Petiveria*.

STIMULI punctura venenata arcent animalia nuda.
Urtica.
Jatropha, *Acalypha*, *Tragia*.

ACULEI arcent propria animalia.
Volkameria, *Pisonia*.
Hugonia (spirales s. cirrhosi)
Cæsalpinia, *Mimosa*, *Parkinsonia*.
Capparis, *Erythrina*, *Robinia*.
Solanum, *Cleome*.
Smilax, *Convolvulus*, *Aralia*.
Duranta, *Xylon*, *Drypis*.
Euphorbia, *Tragacantha*, *Tragopogon*.

FURCÆ arcent animalia.
Berberis, *Ribes*, *Gleditsia*.
Mesembrianthemum, *Osteospermum*.
Ballota, *Barleria*, *Fagonia*, *Poterium*.

SPINÆ RAMORUM arcent pecora.
Pyrus, *Prunus*, *Citrus*.
Hippophaë.
Gmelina, *Rhamnus*, *Lycium*, *Catesbæa*, *Celastrus*.
Ulex, *Asparagus*.
Spartium, *Achyronia*, *Ximenia*.
Ononis, *Stachys*, *Alyssum*, *Cichorium*.

FOLIORUM.
Aloë, *Agave*, *Yucca*,
Ilex, *Hippomane*, *Theophrasta*,
Carlina, *Cinara*, *Onopordum*,
Morina, *Acanthus*, *Gundelia*,
Juniperus, *Salsola*, *Polygala*,
Ruscus, *Borbonia*, *Statice*, *Ovieda*,
Gliffortia.

CALYCIS.
Carduus, *Cnicus*, *Centaurea*.
Moluccella, *Galeopsis*.

FRUCTUS:
Trapa, *Tribulus*, *Murex*,
Spinacia, *Agrimonia*, *Datura*.

IX. GLANDULATIO vasa secretoria offert.

1. *GLAN*

1. *GLANDULÆ PETIOLARES:*
Ricinus, *Jatropha*, *Passiflora*, *Cassia*, *Mimosa.*
FOLIACEÆ ex serraturis: *Salix.*
ex basi: *Amygdalus*, *Cucurbita*, *Elæocarpus*, *Impatiens*, *Padus*, *Opulus.*
ex dorso: *Urena*, *Tamarix*, *Croton.*
ex superficie: *Pinguicula*, *Drosera.*
STIPULARES: *Bauhinia*, *Armeniaca.*
CAPILLARES: *Ribes*, *Antirrhinum* quadrifol. *Scrophularia*, *Cerastium*, *Silene.*
PORI: *Tamarix*, *Silene*, viscaria.

2. *FOLLICULI* sunt vasa aëre distenta.
Utricularia, ad radicem profert vascula subrotunda inflata bicornia.
Aldrovanda, ad folia promit folliculos olliformes, semicirculares.

3. *UTRICULI* sunt vascula repleta liquore secreto.
Nepenthis extremitas foliorum definit in filum, & filum in cylindrum magnitudine & figura penis, apice clausum operculo, quod margine altero aperitur.
Sarracena folia habet cucullata, ferme uti Nepenthes, sed ad radicem sessilia.
Maregravia in centro umbellæ promit vascula, quæ referunt corollam ringentem Galeopsidis, sed labio inferiori destitutam. *Gen. plant.* 507.

X. LACTESCENTIA est copia liquoris, qui effluit læsa planta.

alba: *Euphorbia.*
Papaver.
Asclepias, *Apocynum*, *Cynanchum*, &c.
Semiflosculosi T.
Campanula, *Lobelia*, *Jasione.*
Cactus tuberculis tectus.
Acer, *Selinum*, *Rhus.*

Lutea:

lutea : *Chelidonium*, *Bocconia*, *Sanguinaria.*
Cambogia.
rubra : *Rumex ſanguineus.*

XI. INFLORESCENTIA eſt modus, quo flores pedunculo plantæ annectuntur, quem *Modum* Florendi dixere anteceſſores.

VERTICILLATÆ Raj. *Marrubium.*
CORIMBIFERÆ : *Siliquoſæ.* (*ord. nat.* 57.)
SPICATÆ : (ord. nat. 1. 2.) *Piperes*, *Mimoſæ.*
PANICULATÆ : *Gramina varia.*
AXILLARES ſunt plerique flores : ergo ſequentes rariores :
OPPOSITIFOLII, quorum flores folio e regione opponuntur, uti *Piper*, *Saururus*, *Phytolacca*, *Dulcamara*, *Vitis*, *Ciſti annui*, *Ciſſus*, *Corchorus*, *Ranunculus aquatilis*, *Geranium.*
INTERFOLIACEI Flores inter folia oppoſita, ſed alternatim collocantur : *Aſclepias.*
LATERIFOLII Flores ad latus baſeos folii : *Claytonia*, *Solanum*, *Aſperifoliæ.*
PITIOLARES Flores pedunculo petiolis inſerto : *Hibiſcus*, *Turnera.*
CIRRHIFERI flores : *Cardioſpermum*, *Vitis.*
SUPRAAXILLARES : *Aſperifoliæ*, *Potentilla* 3. *H. upſ.*
Mittimus varia, quæ huc ſpectant : e. gr.
TEMPUS Germinandi antequam e Semine & Terra emergat :
Breviſſimum : *Tetradinamiæ*, *Helxine.*
Annuum : *Hypecoum*, *Glaucium*, *Melampyrum ſegetum*, *Ranunculus* falcatus.
Bienne : *Meſpilus*, *Oxyacantha*, *Roſa*, *Cornus.*
Gemmandi ſeu gemmas aperiendi.
Florendi annuum :
horarium.
Vigendi, quod in variis & diverſis proprium & ſingulare eſt.

164. Diſpoſitio (155) vegetabilium primaria (152) a ſola fructificatione deſumenda eſt.

Anteceſſores urgebant inſufficientiam fructificationis, quum partes ejus paucæ ipſis innotuere ; nos eaſdem ſufficientiſſimas introduximus.

CALYX.

CALIX.	
Perianthium *Riv.*	*Calix Tournef.*
Involucrum *Arted.*	
Amentum.	*Julus T.*
Spatha *Linn.*	
Gluma *Raj.*	*Locusta Raj.*
Calyptra *Dill.*	
Volva *Michel.*	
COROLLA *Linn.*	*Petalum T.*
Petalum *Col.*	
Tubus s. unguis.	*Unguis T.*
Limbus s. Lamina *L.*	
Nectarium *Linn.*	
STAMEN.	
Filamentum *Linn.*	*Stamen T.*
Anthera *L.*	*Apex T.*
PISTILLUM.	
Germen *L.*	*Ovarium B.*
Stylus *Boerh.*	*Pistillum* T. *Tuba* V.
Stigma *Linn.*	
PERICARPIUM *Riv.*	
Capsula *Veter.*	*Capsula T.*
Siliqua *Veter.*	*Siliqua T.*
Legumen *Linn.*	
Conceptaculum *L.*	
Drupa *Linn.*	
Pomum *Veter.*	*Fructus carnosus.*
Bacca *Veter.*	
Strobilus *R.*	*Conus T.*
SEMEN.	
Coronula *L.*	
Pappus *Veter.*	
Ala.	
Arillus *L.*	*Calyptra T.*
Hilum,	
Nux *Veter.*	*Nux T.*
Propago *Linn.*	
RECEPTACULUM *Pont.*	*Placenta V.*
Palea *Vaill.*	
Umbella *Veter.*	*Umbella T.*
Cyma *Linn.*	
Spadix *Linn.*	

Genera ficta itaque vocanda ſunt ea omnia, quæ fundamentum in ſola fructificatione non agnoſcunt: e. gr.

Limodorum T. *Radice fibroſa* - - non eſſet Orchis.
Biſtorta T. *Radice carnoſa* - - - non Polygonum.
Rapa T. *Radice gibba* - - - - - - - Braſſica.
Siſarum T. *Radice tuberoſa* - - - - Sium.
Hermodactylus T. *Radice tuberoſa* - - Iris.
Siſyrinchium T. *Bulbo ſuperimpoſito* - - - Iris.
Xiphium T. *Bulbo tunicato* - - - - Iris.
Lilio-Fritillaria B. *Bulbo ſquanoſo* - - - Fritillaria.
Meſomora R. *Caule barbaceo* - - - - Cornus.
Anacampſeros T. *Caule erecto* - - - - Sedum.
Pſyllium T. *Caule ramoſo* - - - - - Plantago.
Bellis Leucanthemum M. *Caule folioſo* - - Bellis.
Piloſella V. *Scapo nudo* - - - - - - Hieracium.
Suber T. *Cortice fungoſo* - - - - - Quercus.
Larix T. *Foliis faſciculatis* - - - - - Abies.
Geniſtella T. *Foliis articulatis* - - - - Geniſta.
Potamopithys B. *Foliis non ſtellatis* - - Alſinaſtrum T.
Quinquefolium T. *Foliis digitatis* - - - Pentaphylloides T.
Lupinaſter B. *Foliis digitatis* - - - - Trifolium.
Dracunculus T. *Foliis pedatis* - - - - Arum.
Trichomanes T. *Foliis pinnatis* - - - - Aſplenium.
Clymenum T. *Foliis pinnatis* - - - - Lathyrus.
Muſcoides M. *Foliis imbricatis aduries* - - Jungermania.
Lentiſcus T. *Foliis ſine impari* - - - - Terebinthus T.
Faba T. *Foliis ſine cirrho* - - - - - Vicia.
Cytiſo-Geniſta T. *Foliis ternis & ſimplicibus* Spartium L.
Colocaſia B. *Foliis non auritis* - - - - Arum.
Cirſium T. *Foliis non ſpinoſis* - - - - Carduus.
Coronopus R. *Foliis pinnatifidis* - - - Cochlearia.
Coronopus T. *Foliis dentatis* - - - - Plantago.
Ilex T. *Foliis denticulatis* - - - - - Quercus.
Scorzoneroides V. *Foliis dentatis* - - Scorzonera.
Anguria T. *Foliis multifidis* - - - - Cucurbita.
Alcea T. *Foliis multifidis* - - - - - Malva.
Millefolium T. *Foliis ſectis minutim* - - Ptarmica T.
Cicutaria T. *Foliis Cicutæ* - - - - - Liguſticum.
Cedrus T. *Foliis cupreſſinis* - - - - - Juniperus.
Ranunculoides *Foliis capillaribus* - - - Ranunculus.
Alhagi T. *Foliis ſimplicibus* - - - - Hedyſarum.

Niſſolia

Nissolia T. *Foliis simplicibus* - - - - Lathyrus.
Marsilea M. *Foliis simplicibus* - - - - Jungermania.
Balsamita V. *Foliis indivisis* - - - - Tanacetum.
Cepa T. *Foliis fistulosis* - - - - - - Allium.
Aphaca T. *Foliis nullis præter stipulas* - Latyrus.
Mimosa T. *Foliis sensitivis* - - - - - Acacia T.
Oxyoides G. *Foliis sensitivis pinnatis* - - Oxalis.
Aurantium T. *Petiolis cordatis* - - - - Citrus.
Calamintha T. *Pedunculis ramosis* - - - Melissa.
Cotinus T. *Pedunculis lanatis* - - - - Rhus.
Virga sanguinea D. *Cyma nuda* - - - Cornus.
Corona imperialis T. *Coma foliosa* - - Fritillaria.
Stæchas T. *Spicæ comosæ* - - - - - Lavandula.
Carex D. *Spiculis androgynis* - - - - Cyperoides T.
Chamæpithys T. *Floribus sparsis* - - - Teucrium.
Acinos D. *Floribus sparsis* - - - - - Thymus.
Limonium T. *Floribus sparsis* - - - - Statice.
Chamædrys T. *Floribus verticillatis* - - Teucrium.
Thymbra T. *Floribus verticillatis* - - - Satureja.
Volubilis D. *Floribus capitatis* - - - Ipomœa.
Polium T. *Floribus cymosis* - - - - - Teucrium.
Castanea T. *Floribus spicatis* - - - - Fagus.
Fagopyrum T. *Floribus spicatis, Rad. fibrosa* Polygonum.
Majorana T. *Floribus spicatis rotundioribus* Origanum.

Genera ficta ex facie rejicienda sunt omnia, nisi simul fructificationis principio inædificata: e. gr.
Malus T. *Facie propria* itaque non - - Pyrus.
Cydonia T. *Facie propria* - - - - - Pyrus.
Armeniaca T. *Facie propria* - - - - Prunus.
Cerasus T. *Facie propria* - - - - - Prunus.
Lauro-Cerasus T. *Facie propria* - - - Prunus.
Limon T. *Facie propria* - - - - - - Citrus,
Napus T. *Facie propria* - - - - - - Brassica.
Absinthium T. *Facie externa* - - - - Artemisis.
Abrotanum T. *Facie externa* - - - - Artemisia.
Bellidiastrum M. *Habitu proprio* - - - Doronicum.
Euphorbia T. *Habitu aphyllo* - - - - Tithymalus T.
Usnea D. *Habitu capillari* - - - - - Lichen.
Coralloides D. *Habitu caulescente* - - - Lichen.
Clavaria V. *Habitu non ramoso* - - - Coralloides T.
Tuber T. *Substantia solidiore* - - - - Lycoperdon T.

Fungoides M. *Substantia utrinque lævi* - Elvela.
Lycoperdoides M. *Substantia cellulari* - Lycoperdon.
Amanita D. *Pileo stipitato* - - - - Agaricus.
Phallus M. *Stipite basi volvato* - - - Boletus M.
Phalloboletus M. *Pileo lateribus libero* - Boletus M.
Polyporus M. *Poris non distinguendis* - Boletus L.
Erinaceus M. *Aculeis densis* - - - - Ulex.
Thysselinum T. *Succo lacteo* - - - - Selinum.
Moly B. *Odore suavi* - - - - - - - Allium.
Acetosa T. *Sapore acido* - - - - - Lapathum T.
Colocynthis T. *Fructus amaro* - - - Anguria T.

165. Quæcunque vegetabilia in fructificationis partibus (80) conveniunt, non sunt, ceteris paribus (162), in Dispositione Theoretica (152) distinguenda.

Gesnerus invenit, *Cæsalpinus* introduxit, *Morisonus* resuscitavit, *Tournefortius* enutrivit hoc summum in Botanices scientia inventum.
Rivinus: Quæcunque conveniunt flore & semine, eodem nomine designandæ sunt; & vi oppositorum.
Knautius: Quæcunque plantæ ad eundem modum florent, & capsulas seminales producunt, illæ ad idem genus pertinent; & vicissim e contrario.

166. Quæcunque vegetabilia in fructificationis partibus (86) differunt, observatis observandis (162) non sunt combinanda.

Canon ex opposito antecedentis fluit.

167. NOTA CHARACTERISTICA (189) omnis erui debet a Numero, Figura, Proportione & Situ omnium partium Fructificationis (86) differentium (98-104).

Methodum, qua character omnis genericus conficiendus est, tradit.
Numerus non excedit 24 literas alphabeti.
Sint *Fructificationis* partes VII.
Calycis - - - - - 7
Corollæ - - - - - 2
Staminum - - - - 3
Pistilli - - - - - 3

Peri-

Pericarpii - - - -	8
Seminis - - - -	4
Receptaculi - - - -	4
Summa	31

Partium omnium *Numerus*
Figura
Situs
Proportio.

4.

ergo quater triginta octo : 124.
Mutetur modus secundum partes 31, fit 3844.
adeoque sufficit fructificatio ad minimum generibus 3844 quæ nunquam existant.
Falso itaque adsumitur habitus (§. 163), color, magnitudo, cotyledones & alia, exceptis datis.
Knautius ex modo florendi plura nova genera spuria fabricavit.
Sic falso *Psyllii* habitus.
Blattariæ glabrities.
Nummulariæ modus florendi.
Daphnes Kn. modus florendi.
Craccæ modus florendi multiflorus.
Limonii L. Flores sparsi.
Inula ab *Astere* distincta genera ex colore *Vaill.*
Cactus, *Melocactus* monocotyledonis, *Opuntia* dicotyledonis.
Cupressus Europæa dicotyledonis, *Americana* pentacotyledonis.

168. Habitus (163) occulte consulendus est, ne genus erroneum lævi de caussa fingatur.

Experientia rerum magistra, primo intuitu ex facie externa, plantarum familias sæpius divinat.
Exempla confirmant regulam:
Isopyrum, Nigella, Helleborus, Caltha diversa.
Sambucus & Ebulus; Trifolium & Triphylloides conjungenda.
Primo intuitu distinguit sæpius exercitatus Botanicus plantas Africæ, Asiæ, Americæ Alpiumque, sed non facile diceret ipse, ex qua nota. Nescio, quæ facies *torva, sicca, obscu-*

ra AFRIS ; quæ *ſuperba* , *exaltata* ASIATICIS ; quæ *læta* , *glabra* , AMERICANIS ; quæ *coarctata* , *indurata* ALPINIS ?

Occulte conſulendus eſt habitus, ne intret cohortem notarum characteriſticarum & genera diſterminet ; Exemplis probatur *Boerhavii Ind. Lugduno-Batavi* ; cum nullus ex facie deſcripta homines ſingulos noſſe ſtuderet.

Characteres habituales ſufficientes quamvis non ſint , tamen primo intuitu plantam ſæpius manifeſtant ; hi confici poſſent ſequenti modo.

CARYOPHYLLEI. *Ord. nat.* 42.
Placentatio *dicotyledonis*.
Radicatio *fibroſa*.
Ramificatio *oppoſita* , *articulata* , *erecta*.
Intorſio *piſtilli ſiniſtra*.
Foliatio *obvoluta* , *lanceolata* , *indiviſa*.
Stipulatio *nulla*.
Pubeſcentia *vix notabilis*.
Infloreſcentia *dichotoma*.

VERTICILLATÆ. Ord. nat. 58.
Placentatio *dicotyledonis*.
Radicatio *fibroſa*.
Ramificatio *oppoſita* , *tetragona*.
Foliatio *obvoluta* , *ſimplex*.
Stipulatio *nulla*.
Pubeſcentia *ſubvilloſa*.
Infloreſcentia *verticillata* , *bracteata*.

ASPERIFOLIÆ. Ord. nat. 43.
Placentatio *dicotyledonis*.
Radicatio *fibroſa*.
Ramificatio *alterna*.
Foliatio *convoluta* , *ſimplex* , *indiviſa*.
Stipulatio *nulla*.
Pubenſcentia *ſcabra*.
Intorſio *ſpiralis ſpicæ recurvæ*.
Infloreſcentia *laterifolia*.

UMBELLATÆ. Ord. nat. 22.
Placentatio *dicotyledonis reducta*.
Radicatio *fuſiformis*.
Ramificatio *alterna* , *teretiuſcula* , *erecta*.
Foliatio *duplicata* , *ſupradecompoſita*.
Stipulatio *nulla* , *vaginans petiolo*.

Pube-

Pubescentia *inermis*,
Inflorescentia *umbellata*.

LEGUMINOSÆ. Ord. nat. 55.
Placentatio *dicotyledonis immutata oblique inserta*.
Radicatio *fibrosa*, *subnodosa*.
Ramificatio *alterna*.
Foliatio *conduplicata s. convoluta*, *pinnata*.
Stipulatio *insignis*.
Pubescentia - - - -
Intorsio *cirrhosa*.
Inflorescentia *subspicata*, *secunda*.

SILIQUOSÆ. Ord. nat. 57.
Radicatio *carnoso fibrosa*.
Ramificatio *alterna*.
Foliatio *convoluta*, *sublyrata*.
Stipulatio *nulla*.
Pubescentia *inermis*.
Inflorescentia *corymbosa*, *terminalis*, *ebracteata*.

COLUMNIFERI. Ord. nat. 34.
Placentatio *dicotyledonis*, *cordata*, *suplicata*.
Radicatio *fibrosa*.
Ramificatio *alterna*.
Foliatio *plicata*, *simplex*.
Stipulatio *angusta*, *patula*.
Pubescentia *subtomentosa*.
Inflorescentia *axillaris*, *pedunculata*.

FILICES. Ord. nat. 64.
Radicatio *fibrosa*, *fascicularis*.
Ramificatio *disticha*.
Intorsio *circinalis*.
Foliatio *circinalis*, *pinnata*.
Stipulatio *nulla*.
Pubescentia *strigosa*.
Inflorescentia *dorsalis*, *sessilis*.

169. Quæ (167) in uno genere ad Genus stabiliendum valent, minime idem in altero necessario præstant.

Scias Characterem non constituere Genus, sed Genus Characterem.*
Characterem fluere e Genere, non Genus e Charactere.*
Characterem non esse, ut Genus fiat, sed ut Genus noscatur.*

Exempla demonſtrant hoc evidentiſſime:

CARICÆ Mas *monopetalus*, Femina *pentapetala* eſt.
JATROPHÆ flores Maſculi *monopetali*, Feminei *pentapetali*.
MYRICA altera *ſemine nudo*, altera *baccato*.
FRAXINUS alia *flore nudo*, alia *corollato*.
GERANIUM aliud *corolla regulari*, aliud *irregulari*.
LINUM aliud *pentapetalum*, aliud *tetrapetalum*.
ACONITUM aliud *tricapſulare*, aliud *quinquecapſulare*.

Controverſia inde Rivini cum Dillenio (§. 21).

Hæreſis inde ſumma Botanices, quæ genuit genera ſpuria innumera, in ſummum damnum Botanices.

TRIFOLIUM e. gr. aliud *monopetalum*, aliud *tetrapetalum*; aliud *monoſpermum*, aliud *polyſpermum*; urgent nonnulli Monopetalum & Polypetalum, Monoſpermum & Polyſpermum ſub eodem genere militare non poſſe; ergo contra Naturam genera ſpuria condunt.

170. Raro obſervatur Genus, in qua pars (167) aliqua fructificationis non aberrat.

GENERA FICTA a ſpeciebus, aliqua parte fructificationis diverſis, plurima orta ſunt: e. gr.

Ariſarum T.	*ſpatha cucullata* ergo non –	Arum.
Aſteriſcus T.	*cal. ſtellato folioſo* – –	Buphthalmum.
Silybum V.	*calycis ſpinis* – – – –	Carduus.
Moldavica T.	*calyce gibbo bilabiato* – –	Dracocephalum.
Tithymaloides T.	*calyce gibbo irregulari*	Euphorbia.
Trionum L.	*calyce inflato* – – – –	Hibiſcus.
Ficaria D.	*calyce 3phyllo polypetalo* –	Ranunculus.
Iva D.	*calyce gibbo* – – – – – –	Teucrium.
Lunularia M.	*calyce comm. 4fido* – –	Marchantia.
Leucanthemum T.	*calicis ſquamis anguſtis*	Chryſanthemum.
Cardiaca T.	*calyce 5dentato* – – –	Leonurus.
Paronychia T.	*calycis foliis cucullatis* –	Herniaria.
Pſeudodictamnus T.	*calycibus infundibul.*	Marrubium.
Anemone Ranunculus D.	*corolla 5petala*	Anemonoides.
Linaria T.	*corolla caudata* – – – –	Antirrhinum.
Valerianoides V.	*corolla caudata* – –	Valeriana.
Bromelia P.	*corolla 3petala* – – –	Ananas Tourn.
Opuntia T.	*corolla polypetala* – – –	Melocactus T.
Glaucium T.	*corolla roſacea* – – –	Chelidonium.
Polygonatum T.	*corolla tubuloſa*. – –	Lil. convallium.

Centau-

Centaurium minus T. *corolla infundibulif.* - Gentiana.
Liliastrum T. *corolla hexapetala.* - - - Hemerocallis.
Borbonia P. *corolla pentaphylloidea* - - - Laurus.
Benzoë B. *corolla octofida* - - - - - Laurus.
Auricula ursi T. *corolla hypocrateriformi* - Primula.
Triphylloides T. *corolla monopetala* - - Trifolium.
Oxycoccus T. *corolla tetrapetala* - - - Vaccinium.
Bonarota M. *corolla tubulosa* - - - - Veronica.
Zannonia P. *corolla tripetala* - - - - Commelina.
Borraginoides B. *corolla infundibuliformi* - Borrago.
Horminum T. *c. galea galeata, barba concava* Salvia.
Sclarea T. *cor. galea falcata, barba concava* - Salvia.
Phelypæa P. *corollæ galea bifida.* - - - Clandestina. T.
Murucuja T. *Nectario indiviso* - - - - Passiflora.
Sherardia V. *stamina 2* - - - - - - Verbena.
Stellaris D. *stamina non plana* - - - - Ornithogalum.
Porrum T. *stamina trifida* - - - - - Allium.
Dodonæa P. *flore 3fido* - - - - - - Ilex.
Hypocistis T. *flore quadrifido* - - - - Asarum.
Radiola D. *flore quadrifido* - - - - - Linum.
Unifolium D. *flore quadrifido* - - - - - Convallaria.
Bernhardia H. *floribus dioicis* - - - - Croton.
Petasites T. *floribus fasciculatis* - - - - Tussilago.
Ananthocyclus V. *floribus flosculosis* - - Cotula.
Ceratocephalus V. *floribus radiatis* - - - Bidens.
Doria D. *flosculis radii raris* - - - - - Solidago.

Mitto genera Ruppiana non definita, Knautiana & aliorum; quibus suffecerit bene velle: e. gr.
Medium Campanulæ *fr. 5loculari.*
Speculum Veneris Campanula *fr. siliquoso.*
Cornucopioides Valerianæ *fl. irregulari.*
Limhnioides Statices *fl. monopetalo.*
Viscaria Silenes *fr. 5loculari.*
Tetragonolobus Loti *fr. angulari.*

Ergo, nisi canon assumeretur, tot genera evaderent, quot species existunt.

171. In plerisque Generibus nota aliqua Fructificationis singularis (105) observatur.

Denticuli Staminum in *Brunella*, *Torenia*, *Euphrasia*, *Alysso*, *Crambe*.

Stamen

Stamem mutilatum: *Curcuma*, *Chelone*, *Bignonia*, *Martynia*.
Pori nectariferi in unguibus petalorum *Ranunculi*.
Rimæ clausæ intra corollam *Hydrophylli*.
Nectaria tubulosa, *Hellebori*, *Nigellæ*.
Hyoscyamus capsulâ operculata, distinguitur a *Physalide*.
Pancratii stamina nectario inserta, diversa a *Narcisso*.
Resedæ nectarium laterale, corolla & pistillo vario.
Campanulæ nectarium 5 valve, capsula & corolla varia.
Iris stigma singulare, corollæ barba varia.

172. Si nota aliqua fructificationis singularis (105) vel sui generis propria (171) in speciebus non omnibus adsit, ne plura genera accumulentur cavendum.

Erica & *Andromeda* antea genere juncta fuere, sed antheræ bicornes *Ericæ* propriæ.
Ranunculus adsumsit antea *Adonidem*, sed *Adonis* caret poris nectariferis.
Aloë & *Agave* idem genus constituebant, sed stamina in hac non receptaculo, at corollæ inserta, utrumque genus distinguunt.

173. Si nota generi singularis (105) etiam in genere affini reperiatur, ne idem genus in plura, quam natura dictitat, separetur, cavendum. *

Sedum, *Sempervivum*, *Rhodiola*, *Crassula*, *Tillea*, *Cotyledon* nectaris pistilli basi adhærentibus.
Epilobium, *Œnothera* calyce tubuloso.
Mespilus, *Cratægus*, *Sorbus* floris structura.
Alnus, *Betula* flosculis tribus supra foliolum amenti.

174. Quo constantior pars aliqua fructificationis (167) est in pluribus speciebus, eo etiam certiorem exhibet notam genericam. *

Hypecoi Nectarium, non Siliqua constans est.
Convallariæ Bacca maculata, non corolla *Lilii convallii*, *Polygonati*, *Unifolii*.
Cassiæ corolla, non siliqua.
Lobeliæ corolla, non fructus *Lobeliæ*, *Cardinalis*, *Rapuntii*, *Laurentiæ*.
Verbenæ calyx & corolla, non stamina & semina *Sherardiæ V.*

175. In

175. In aliis generibus hæc, in aliis alia pars fructificationis conſtantior obſervatur, nulla vero conſtantiſſima eſt. *

Pericarpium diverſum in congeneribus docet *Impatiens*, *Campanula*, *Primula*, *Papaver*, *Ciſtus*, *Fumaria*, *Arbutus*.
Calycem: *Nymphea*, *Cornus*.
Corollam: *Vaccinia*, *Convallaria*, *Andromeda*, *Gentiana*, *Linum*.
Stamina: *Coriſpermum*, *Valeriana*.
Semina: *Ranunculus*, *Aliſma*.

176. Si Flores (87) conveniunt, Fructus (87) autem differunt, ceteris paribus, conjungenda ſunt Genera.

Flores ſimiles, fructus diverſos in eodem genere exiſtere docent *Caſſia*, *Hedyſarum*, *Sophora*, *Lavatera*, *Hibiſcus*, *Mimoſa*.

177. Figura (95) Floris (87) certior eſt quam Fructus (87); Proportio (96) partium autem maxime diverſa, nec conſtantiſſima.

Florem certiorem eſſe fructu, patet plurimis exemplis:
Campanula, *Medium*, *Speculum veneris*.
Grimula, *Auricula urſi*.
Antirrhinum, *Elatine*, *Aſarina*.
Aliſma, *Damaſonium*.
Hibiſcus, *Malvaviſcus*.
Ciſtus, *Helianthemum*.
Fumaria, *Corydalis*.
Arbutus, *Uva urſi*.
Clematis, *Viticella*.
Guilandina, *Zygophyllum*, *Papaver*.
Ranunculus, *Heſperis*, *Datura*.

178. *Numerus* (94) facilius aberrat quam *Figura* (95) proportione numeri tamen optime explicatur; *Flores* autem *numero* in eadem planta *diverſi*, ſecundum primarium conſiderandi. *

Flores numero diverſi in eadem planta.

Rutæ flos	5,	flores	4,	confirmat *Pſeudo Ruta Michel.*
Hryſoſplenii	5,	—	4,	— — *Saxifraga.*
Monotropæ	5,	—	4,	— — *Uniflora.*

Tetra-

Tetragoniæ 5, — 4,
Euonymi 5, — 4, — — *americana.*
Philadelphi 5, — 4,
Adoxæ 4, — 5,
ergo primarius determinat numerum naturalem.

Affinitates numeri fructificationis propriæ.

Floris X & VIII. *Stamina* in eadem; *Rutæ*, *Monotropæ*.
— in diversis: *Vaccinii* & *Oxycocci T.*
— — — *Stelleræ* & *Passerinæ Tr.*
— — — *Sedi* & *Rhodiolæ L.*
— — — *Avenariæ* & *Mœrhingiæ*.

V & IV. *Corolla* in eadem: *Euonymus*, *Ruta.*
— — *Philadelphus*, *Monotropa.*
in diversa: *Linum* & *Radiola* D.
— — *Anagallis* & *Centunculus.*
Calyx in diversa: *Nymphæa lutea* & *alba.*
Stamina in eadem: *Euonymus.*
in diversa: *Mimosa* - - -

IV & III. *Flos* in eadem: *Asperula Rubeola* T.
in diversa: *Paris europ.* & *americæ*;
Ilex & *Dodonea Plum.*

Fructus V & III. frequetissime proportionati.
Rutæ cum *Pegano.*
Euonymi — *Celastro.*
Nigellæ — *Garidella.*
Cisti T. — *Helianthemo* T.
Aconiti — *Anthora.*
Viscariæ — *Silene.*

V & IV. *Rutæ*, *Euonymi*, *Philadelphi*, *Lini* & *Rhodiolæ*.

179. *Situs* (97) *partium* constantissimus est. *Receptaculi* (86) *situm* in ordinibus (161) magni fecit *Tournefortius* (64).

TOURNEFORTIUS calycem abire in fructum rectius intellexit, quam vere dixit; idem enim est ac germen vel supra elevatum vel infra perianthium detrusum, ut in *Saxifraga* & *Geo T.*

Situs partium rarissime in congeneribus mutatur.

Ambi-

In vaſtiſſimis generibus ſæpius ad ſynopſin adſumendam coacti ſumus.

Salix *foliis ſerratis glabris ovatis acutis ſubſeſſilibus.* Roy. *Synoptice.*
Salix *floſculis pentandris.* Fl. lapp. *Eſſentiale.*
Salix *foliis ſubintegerrimis lanceolato-linearibus longiſſimis acutis: ſubtus ſericeis, ramis virgatis.* Fl. ſu. *Synoptice.*
Salix *foliis linearibus revolutis.* *Eſſentiale.*

290. Nomen Specificum Eſſentiale (288) notam differentiæ ſingularem; ſuæve ſpeciei tantummodo propriam; exhibet.

Nomen ſpecificum eſſentiale abſolvitur unico alterove vocabulo ſ. unica idea.

Stabilitis Generibus & Speciebus eſſentiali differentia determinatis, ſummum apicem in re Herbaria tetigimus. Si Botanici eo tandem perveniant, ut omnes ſpecies nomine Eſſentiali determinare queant, non datur ultra.

Præſtantia nominis commendat ſe brevitate, facilitate, certitudine.

Valent nomina eſſentialia abſque citatione, quod alia nomina nunquam.

Synopſis, detecto nomine eſſentiali, non admittenda eſt in differentia ſpecifica; allaborandum itaque ut ad metam tandem perveniamus propoſitam.

Eriophorum *ſpicis pendulis* Flor. lapp. 22.
Plantago *ſcapo unifloro* Fl. lapp. 64.
Alchemilla *foliis ſimplicibus* Fl. lap. 66.
Alchemilla *foliis digitatis* Fl. lapp. 67.
Menyanthes *foliis ternatis* Fl. lapp. 80.
Convallaria *ſcapo nudo* Fl. lapp. 112.
Convallaria *foliis verticillatis* Fl. lapp. 114.
Pyrola *ſcapo unifloro* Fl. lapp. 167. ſuec. 334.
Betula *foliis orbiculatis crenatis* Fl. lapp. 342. ſuec. 777.

 291. No-

291. Nomen ſpecificum quo brevius, eo etiam melius, ſi modo tale (257).

Pulcritudo artis brevitatem expoſcit, nam quo ſimplicius, eo etiam & melius, & ſtultum eſt facere per plura, quod fieri poteſt per pauciora; Natura etiam ipſa compendioſiſſima eſt in omni ſua actione.

Numerus vocabulorum, quæ in differentia adhibentur, nunquam ultra duodecim vocabula admittat; quemadmodum Nomina Generica duodecim ad ſummum litteris conſtabunt §. 249. ita & Differentia 12 vocabulis, ut limites tandem ſtabiliantur.

Duodecim vocabula ſufficere pro differentia ſpecifica ex ſequenti calculo elucefcit. Sit genus centum ſpecierum, quem numerum adtigiſſe nullum adhuc cognitum genus novimus; diſtinguantur hæ ſpecies ſynopſi: a. 50. b. 25. c. 13. d. 7. e. 3. f. 2. g. 1. adeoque ſex ſubſtantiva cum totidem adjectivis, ad ſummum neceſſaria eſſent; ad vero unum idemque ſubſtantivum ſæpe admittit plura adjectiva, adeoque duodecim vocabula vix unquam neceſſaria erunt pro differentia generis centum ſpecierum.

Horrenda itaque ſunt nomina ſpecifica veterum ſeſquipedalia; quæ deſcriptiones loco differentiarum ſiſtunt.

Cenchramidea *arbor ſaxis adnaſcens, obrotundo pingui folio, fructu pomiformi in plurimas capſulas grana ficulnea (ſtylo columnari hexagono præduro) adhærentia continentes, diviſo, Balſamum fundens.* Plukn. alm. 92.

Gramen *myloicophoron carolinianum ſ. Gramen altiſſimum, panicula maxima ſpecioſa, e ſpicis majoribus compreſſiuſculis utrinque pinnatis, blattam molendariam quodammodo referentibus, compoſita, foliis convolutis mucronatis pungentibus.* Pluk. alm. 173.

Acaciæ *quodammodo accedens, Myrobalano chebulæ Veſlingii ſimilis arbor americana ſpinoſa, foliis ceratoniæ in pediculo geminatis, ſiliqua bivalvi compreſſa corniculata ſeu cochlearum vel arietinorum cornuum in modum incurvata, ſive Unguis cati.* Breyn. prodr. 2. p. 29.

292. No-

292. Nomen ſpecificum nulla admittat vocabula, niſi quibus a congeneribus neceſſario diſtinguitur.

Nullum vocabulum in differentia ſpecifica ſuperfluum erit.

Si eadem nota poterit paucioribus verbis exprimi, erit illa optima, quæ breviſſima fuit.

Exulent Antonomaſia, Tautologia & floſculi oratorii.

Betula *nana pumila* Franken. *Tautologia.*

Lamium *caule folioſo* Lind. *Antonomaſia.*

293. Nomen ſpecificum nullum, ſpeciei in ſuo genere ſolitariæ (203), imponi poteſt.

Sunt qui ſtatuunt nomen ſpecificum addi debere ſpeciebus novi generis, licet ſolitariis, ut inde formetur idea plantæ.

Non negamus Habitum multum inſervire ad formandas notiones de planta; ad vero in nomine ſpecifico admodum erronea eſt, cum contineat nihil aliud, niſi ſolam notam, qua diſtinguatur a congeneribus.

Ubi nulla differentia ſpecifica ad plantam nominatam, ibi præſupponitur in genere non niſi unicam ſpeciem eſſe detectam.

Erronea itaque ſunt nomina ſpecifica, quæ differentias impoſuere plantis in ſuo genere ſolitariis, pag. 136. e. gr.

Morina *orientalis, carlinæ folio* Tournef. cor. 48.

Dalechampia *ſcandens, lupuli foliis, fructu hiſpido tricocceo.* Plum. amer. 17.

Matthiola *folio aſpero ſubrotundo, fructu nigricante.* Plum. amer. 16.

Moranta *arundinacea, cannacori folio.* Plum. amer. 16.

Valdia *cardui folio, fructu ſubcæruleo.* Plum. amer. 11.

294. Nomen ſpecificum imponat, qui novam adinvenerit ſpeciem, ſi modo neceſſe ſit (293) tale.

Qui novam detegit ſpeciem, addat & non modo ejuſdem differentiam, ſed & in congeneri vel congeneribus differentias augeat, ut diſtinguantur in poſterum ſpecies ſufficienti differentia.

Claytonia Gron. virg. 25. primum innotuit in Virginia, dein alia ſpecies Limnia dicta in Sibiria: adeoque dicatur Sibirica: Claytonica *foliis ovatis*, & Virginica Claytonia *foliis linearibus*.

295. Nominis specifici vocabula non erunt composita; nominibus genericis similia, nec græca, sed tantum latina; nam quo simpliciora, eo etiam meliora.

Character definit nomen Genericum, Differentia vero specifica se ipsam; adeoque prius esse poterit peregrinum, posterior autem per se evidentissima erit; ideo hæc pure latina, nec græca.

Erronæa itaque sunt differentiæ specificæ omnes græcæ.

Lathyrus *distoplatyphyllos*.
Myrrhis *conejophyllon*.
Potamogeton *lejophyllon*.
– – – *iteophyllon*.
– – – *malacophyllon*.
– – – *ulophyllon*.
Pilosella *monoclonos*.
– – – *polyclonos*.
Lotus *oligokeratos*.
– – *polykeratos*.
Mimosa *platykeratos*.
– – – *brachyplatolobos*.
Pisum *leptolobon*.
Lotus *tetragonolobus*.
Trifolium *katoblebs*.
Clematis *bucananthos*.
Ficus *aizoides*.
Asclepias *aizoides*.
Hieracium *pilosselloides*.
Oreoselinum *ansoides*.

BELLEVAL Prof. Monsp. circa finem seculi XVI. rarissimas icones, quæ non prodiere, incidi curavit, has mecum communicatis a Cl. Sauvagesio, intellexi Auctori in animum fuisse omnes differentias græca lingua composito vocabulo exprimere; e. gr.

Alsine μυόσωτις ἀνθομήλινος.
Androsaces ὀρεκατὀγκαυλον.
Auricula muris ὀρεαθὀλευκος.
Auricula muris ορεομικρανθὀλευκος.
Betonica ὀρέοριζοδοντώδης & λευκανθος.
Campanula ἀλπικοβȣγλωσσόφυλλος.
Campanula κυανανθόκαλος.
Campanula ὀπωρομειζόρειος.
Campanula ὀρεομικρόπωρος.
Carduus ἀνάκανθος. II.
Carduus λευκεριοκέφαλος C. M.
Condrilla μικρομηλινοπολύκανλος.
Corruda λευκοκαυλοσφαιροῤῥεπὴς.

Cyno-

Cynoglossum ἀλπικοχαμαιανθέρυθρου.
Doronicum ὀρεοπολυκλωνανθομήλινον.
Gentianella ἐαρακαυλόρειος.
Glycyrrhiza μακρορριζοπολυχιδής.
Hieracium μακροςενόφυλλον B.
Hieracium πλατύανθον.
Jacea ὀρεανθόκαλος.
Jacea ὀρειπετρομονόκαυλος.
Jacea ὀρεακαυλοπόρφυρος.
Χαμαιλειμώνιον Montis Ceti.
Nardus ὀρειψιλόκαυλος.
Plantago πλατυφυλλορρεπής.
Polygonum ἀνθαλσινοειδές.
Pulsatilla ἀνθυπομήλινος.
Quercus ἐναλιοπλατύφυλλος.
Racemus marinus σφυροειδής.
Tanacetum ἄνοσμον. *C. M.*
Tlaspi ὀρεοκαυλοφυλλοσεφής *Horti dei.*
Trachelium ἀλπικοπυραμιδοειδές.
Trachelium ὀρεογκωπυκνόφυλλον.
Tulipa ἀνθεντομώτατος.
Tulipa ὀξυμέσανθος.

296. Nomen specificum non erit Tropis Rhetoricis figuratum, multo minus erroneum, seu fideliter, quæ natura dictitat, exponat.

Synecdoche totius pro parte frequentissima est in Botanicis, ubi de toto prædicatur, quod valet de parte tantum; quod nunquam admittendum esse censemus.

Synecdoche numeri singularis pro plurali tritissima & æque erronea est.

Metaphora semper obscura est, hinc præsta nuda simplicitas.

Ironia cum mendacii species sit, hinc excludenda erit.

Synedoche totius pro parte.

Salicaria *purpurea* pro *corollis purpureis.*
Quinquefolium *folio argenteo* pro *subtus albo.*
Molucca *spinosa* pro *calycibus spinosis.*
Pimpinella *umbella candida* pro *corollis candidis.*

Synecdoche numeri singularis pro plurali.

Lupinus *flore luteo* pro *floribus luteis.*

Ranunculus *folio rotundo & capillaceo* pro *foliis rotundis & capillaceis.*

Metaphora.

Limon *incomparabilis* pro *Maximus.*

Caryophyllus *superbus* pro *floribus pulcherrimis.*

Majorana *gentilis* pro *odoratissima.*

Tragon *improbus* pro *aculeatus.*

Ranunculus *sceleratissimus* pro *vesicatorius.*

Urtica *fatua* pro *inermis.*

Cannabis *erratica* pro *mas.*

Hesperis *melancholica* pro *noctu odorata, die inodora.*

Urtica *mortua* pro *inermis.*

Bulbonac *rad. rediviva* pro *perenni.*

Meum *adulterinum* pro *non genuina species.*

Orchis *abortiva* pro *figura floris singulari.*

Pinus *incubacea* pro *fasciata.*

Fucus *hæmorrhoidalis* pro *hæmorrhoidibus medela.*

Pepo *strumosus* pro *fructu tuberculis obsito.*

Caryophyllus *barbatus* pro *calycis squamis setaceis.*

Mentha *catu'a* pro *odore catis grato.*

Gramen *leporinum* pro *tremens uti Lepus.*

Lactuca *agnina* pro *ovibus grata species.*

Aparine *semine saccharato* pro *fructu verrucoso.*

Arbor *finium regundorum* pro *tinctura ad mappas inde colore distinguendas.*

Ironia.

Lysimachia *bifolia fl. globoso* pro *foliis oppositis, racemis ovatis.*

Ornithogalum *flore minore innato* pro *filamentis planis.*

Narcyssus *calyce luteo* pro *nectario luteo.*

Dentaria *baccifera* pro *bulbifera ex alis.*

Dracunculus *pistillo longissimo* pro *receptaculo longissimo.*

Fragaria *sterilis* pro *receptaculo sicco.*

Sabina *sterilis* pro *mas.*

297. Nomen specificum nec comparativum, nec superlativum sit.

Comparativa *Majus* aut *Minus* gradus *Comparativus* & *Superlativus* non admittenda sunt, cum præsupponant cognitionem alterius plantæ:

Alsine

Alſine *altiſſima* eſt minor Betulâ nanâ.

Contra autem ſentiendum ubi ſuperlativus gradus adhibetur de plantæ præſentis parte, & indicat partem eſſe maximam inter omnes plantæ partes; tum enim egregia nota eſt:

Lobelia *pedunculis breviſſimis, tubo corollæ longiſſimo.* Roy.

Erronea ſunt nomina ſpecifica omnia, quæ comparationem habent extra plantam.

Equiſetum *lævius* Raj.
Piloſella *major, minus hirſuta* C. B.
Piloſella *minor, folio anguſtiore, minus piloſa* I. B.

298. Nomen ſpecificum terminis poſitivis, non vero negantibus, utatur.

Negativa nihil dicunt, vel dicunt quod non eſt, non vero quid eſt.

Quamdiu vocabula poſitiva adſunt, nunquam licet privativis uti, adeoque ſemper parata erunt vocabula, quæ ideas oppoſitas exprimunt.

Subrotundum &	*olongum.*	*Simplex* &	*compoſitum.*
Rotundatum –	*angulatum.*	*Petiolatum* –	*ſeſſile.*
Fiſſum – – –	*indiviſum.*	*Erectus* – – –	*volubilis.*
Obtuſum – – –	*acutum.*	*Teres* – – – –	*angulatus.*
Pungens – – –	*inerme.*	*Simpliciſſimus* – –	*ramoſus.*
Serratum – – –	*integerrimum.*	*Ariſtatus* – –	*muticus.*
Nervoſum – –	*enerve.*	*Laxus* (flaccidus)	*ſtrictus.*
Tomentoſum –	*glabrum.*	*Remoti* – – –	*conferti.*
Tectum – – – –	*nudum.*	*Divaricati* – –	*coarctati.*
Venoſum – – –	*avenium.*	*Cauleſcens* – –	*acaulis.*
Teres – – – –	*anguloſum.*	*Herbaceus*	*lignoſus ſ. fruticoſus.*
Tabuloſum – –	*farctum.*	*Attenuatæ* – –	*incraſſatæ.*

Fiat deſcriptio plantæ vaſtiſſima terminis negativis, nemo inde ſibi formet ideam leviſſimam plantæ. Vide D. *Epiſcop. Browallii Examen epicriſeos.*

Erronea itaque ſunt omnia nomina ſpecifica, quæ admittunt vocabula vel particulas negativas.

Lyſimachia *non pappoſa* Mor. Seminibus nudis.
Hippuris *non aſpera* I. B. glabra.
Bidens *folio non diſſecto* T. integro.
Phalangium *non ramoſum* Wehm. caule ſimplici.
Lychnis *petalis non bifidis* Mor. integris.

299. Si-

299. Similitudo omnis, in nomine ſpecifico uſurpata, dextra manu notior erit, licet & hæc minus placet.

Similitudo unico verbo exhaurit id, quod alioquin integra oratione demonſtraretur; ſed omnis ſimilitudo claudicat, ideoque etiam in artis dedecus aſſumitur omnis ſimilitudo obſcura, & non unicuique manifeſtiſſima.

Aſſumenda itaque nulla alia ſimilitudo, quam a partibus externis corporis humani, uti Auris, Digitus, Umbilicus, Oculus, Scrotum, Penis, Vulva, Mamma; non vero ab internis corporis partibus, quæ anatomicis ſolum notiſſimæ.

Similitudo valet ſine definitione, quod nullus alius artis terminus.

Obſcuras ſimilitudines, & quidem plurimas, introduxere Botanici non omnibus notas. e. gr.

Agaricus *tubæ falopianæ inſtar* T.
Orchis *anthropophora.*
Orchis *Simiam referens* C. B.
Orchis *Cercopithecum exprimens* Col.
Orchis *Muſcam referens.*
Meſembryanthem *roſtrum Ardeæ referens* D.
Meſembryanth. *rictum canicum referens* D.
Meſembryanth. *rictum felinum referens* D.
Lotus *ſiliquis pedes corvinos referens* C. B.
Fungus *pilis Capreoli prorſus ſimilibus* Lœſ.
Atriplex *ſemine bucephali* Col.
Arbor. acul. ramis incurvis, *ſcenam topiariam efformans.* Plukn.
Fungus *dædaleis ſinubus* T.
Fungus *auriſcalpium referens.*
Hemionitis *folio ſecuris Romanæ figura.* Pluk.
Medica *caſeiformis.* Rudb.

300. Nomen Specificum, nullum adjectivum ſine oppoſito ſubſtantivo, adhibeat.

Nullum adjectivum, adeoque nullum adtributum in nomine ſpecifico, ſine prægreſſo ſubſtantivo, cui reſpondeat; ubi autem nulla pars prius nominata, ibi ſupponitur prædicari de tota planta.

Subſtan-

Subſtantiva hic uſitata ſemper erunt partes plantæ.

Erronea ſunt omnia Nomina ſpecifica, quæ admittunt adjectiva ſine oppoſito ſubſtantivo.

Adjectiva ſine ſubſtantivo vero.

Millefolium *cornutum* C. B. foliis.
Nigella *cornuta* C. B. capſula.
Thlaſpidium *cornutum* T. calyce.
Lyſimachia *corniculata* C. B. capſula.
Allium *bicorne* C. B. ſpatha.
Viola *tricolor* C. B. corolla.
Myrtus *criſtata* Wehl. foliis.
Amaranthus *criſtatus*. ſpica.
Gramen *criſtatum*. bracteis.
Solanum *veſicarium*. calyce.
Colutea *veſicaria*. pericarpio.
Ranunculus *veſicarius*. vi.
Millefolium *veſicatorium*. radice inſtructa veſiculis.
Meſembryanth. *veſicatorium*. foliis adſperſis.

Subſtantiva erronea.

Sideritis. *utriculis* ſpinoſis *Herm.* pro verticillis.

Adjectiva & Subſtantiva genere conveniant.

Juniperus *alpinus* Cluſ. alpina.
Hippuris *muſcoſus* Mor. muſcoſa.

301. Omne adjectivum (300) in nomine ſpecifico ſequi debet ſubſtantivum ſuum.

Quemadmodum in Charactere præcedat ſemper pars ſeu prædicatum, ita & in differentia ſemper ſubſtantivum, cui adjectivum competit, ut fiat diſtinctiſſima idea, ne errore typographi, ob comma vel punctum alienus ſenſus ſuboriatur.

Corona ſolis *parvo* flore *tuberoſa radice* T.

RECTIUS: *flore* parvo, *radice* tuberoſa.

Sinapiſtrum ægyptium heptaphyllum, *flore carneo*, majus ſpinoſum *Herm.*

RECTIUS: ægypt. heptaphyll. majus ſpinoſum, flore carneo.

Orchis æthiopica, maxima, maculata, aviculam niveam, macula ſanguinea, in dorſo, notatam repræſentans, galea cærulea, ampliſſima, pulvere argenteo, adſperſa in area, inſigniter ſplendente.

RECTIUS

RECTIUS æthiopica, maxica, maculata, repræfentans aviculam niveam: notatam in dorfo macula fanguinea, galea cærulea ampliffima adfperfa pulvere argenteo.

302. Adjectiva (300) in nomine fpecifico ufurpata, e terminis artis felectis (80-86), fi modo fufficientibus petenda funt.

In Terminis artis, fi conveniant Botanici, & fi conftantes fint in fcriptis, facillima, evadet fcientia.

Periphrafin nunquam admittat Botanicus, quamdiu Termini artis rite definitæ occurrunt.

Synonyma Terminorum excludantur & unicus conftans & felectus adhibeatur.

Synonyma.

Lychnis *vifcofa* / Lychnis *glutinofa* Rd. } glutinofa.

Caryophyllus *fupinus* C. B. / Malva *procumbens*. } procumbens.

Liguftrum *foliis pictis*. Weh. / Laurocerafus *foliis variegatis*. Weh. } variegatis.

Pilofella rep. *hirfuta* / - - - - *folio pilofo*. / - - - - *folio villofo* / Quinquefolium *pubefcens* } pilofa.

Hieracium *radice fuccifa* C. B. / Hieracium *radice præmorfa* Mor. } præmorfa.

Per Periphrafim.

Quinquefolium *molli lanugine pubefcens*. I. B. villofum.
Conyza *humidis locis proveniens* I. B. paluftris.
Mufcus fquamofus in *aquis nafcens*. Morif. aquaticus.

303. Particulas, adjectiva fubftantivaque conjungentes, nomen fpecificum excludat.

Particulæ ejufmodi funt: Vel
Conjunctivæ: *&, atque, fimul.*
Disjunctivæ: *vel, five, feu.*

Cafu *ablativo*, abfque ulla præpofitione, notæ omnes in differentia proponantur.

Ubi autem duo diverfa indicanda in eadem planta, utimur nota *ve* vel *que* in fine fequentis vocabuli, ne augeat numerum vocabulorum: e. gr.

Carduus

Carduus *foliis lanceolatis ciliatis integris laciniatiſ*que. Hort cliff. 392.

Juncus *foliis planis*, *ſpica ſeſſili pedunculatiſ*que. Flor. ſuec. 288.

Exulant differentiæ omnes, quæ admittunt particulas disjungentes: e. gr.

Medica *ſylv. frut.* vel *Trifolium falcatum* ſeu *Medica ſiliqua tortili.* Moriſ.

Abſinthium *ponticum*, ſeu *romanum officinarum*, ſeu *Dioſcoridis.* Moriſ. C. B.

Aſter *montanas* ſive *Oculo Chriſti ſimilis*, ſi *non idem*, ſive *Conyza* 3. I. B.

304. Notæ diſtinctivæ partes plantarum (80), non vero adjectiva, in nomine ſpecifico diſtinguant.

Particulæ diſtinguentes hujus loci ſunt: *Comma* (,), *Comma cum puncto* (;), *Colon* (:), & *Punctum* (.).

Differentia ſpecifica per particulas rite interſtinctas evidentiſſima evadit.

Ego utor *commate* ad diſtinguendum partes, *Colon* autem adhibeo, ubi partis ſubdiviſio eſt; *Puncto* autem claudo differentiam. A.

Alii utuntur *Commate cum puncto* ad diſtinguendum partes; *Commate* vero diſtingunt iidem omnia adjectiva. B.

Antecessores Commate & partes & adjectiva plerumque diſtinxerunt. C.

A. Bauhinia inermis, *foliis* cordatis, ſemibifidis; *laciniis* acuminato-ovatis, erecto-dehiſcentibus. H. C.

B. Bauhinia inermis, *foliis* cordatis, ſemibifidis; *laciniis* acuminato-ovatis, erecto-dehiſcentibus. H. C.

C. Bauhinia inermis, *foliis* cordatis, ſemibifidis; *laciniis* acuminato-ovatis, erecto-dehiſcentibus. H. C.

305. Parentheſis Nomen ſpecificum nunquam admittat.

Parentheſis vel ſubintellecta, vel lineolis incarcerata, eodem recedit.

Arguit utraque aut exceptionem, aut defectum ordinis, adeoque non admittenda eſt.

Boer-

Boherhaavius & coætanei, ne innovarent nomina; antiquo nomini generico præposuere novi Generis nomenclaturam, cum interjecta syllaba, *qui*, s. *quæ*, s. *quod*: hoc autem ex data in præcedentibus theoria non assumimus.

a. Parenthesis subintellecta.

Sinapistrum pentaphyllum, flore carneo, minus. H.

b. Parenthesis adscripta.

Androsæmum maximum (*quasi frutescens*) bacciferum. *Mor.*
Violæ affinis umbilicato (*seu peltato*) folio scandens. *Br.*

c. Qui, Quæ, Quod.

Dens Leonis *qui* Pilosella folio minus villoso. T.
Doria *quæ* Jacobæa orientalis limonii folio. T. cor. *B.*
Titanokeratophyton *quod* Litophyton marinum albicans Gesn. *B.*

IX. VA-

IX. VARIETATES.

306. Nomini Generico (VII.) & Specifico (VIII.) etiam varians, ſi quod (158), addi poteſt.

Varietates ſunt plantæ ejuſdem ſpeciei, mutatæ a cauſſa quacunque occaſionali.

Uſus varietatum in Œconomia, Culina, Medicina neceſſariam reddidit earum cognitionem in vita communi; ad Botanicos cæteroquin non ſpectant varietates, niſi quatenus Botanici curam gerant; ne Species multiplicentur aut confundantur.

Evidentiores varietates, ob uſum publicum, ad finem differentiæ inſerat Botanicus, ubi neceſſe eſt.

307. Nomina Generica, Specifica & Variantia literis diverſæ magnitudinis ſcribenda ſunt.

Nomen *Genericum* pingatur literis majoribus Romanis.
Specificum literis mediocribus & vulgatiſſimis.
Varians autem literis minoribus currentibus vulgo dictis.

Fiat hoc ut Varietas diſtinctiſſima tradatur a Differentia.
CONVALLARIA ſcapo nudo; *corolla plena.*
CONVALLARIA ſcapo nudo; *corolla rubra.*
SAXIFRAGA alpina ericoides; *flore purpuraſcente.*
SAXIFRAGA alpina ericoides; *flore cæruleo.*
PENTAPHYLLOIDES paluſtre rubrum; *craſſis & villoſis foliis.*

308. Sexus (149) Varietates naturales conſtituit; reliquæ omnes monſtroſæ ſunt.

Dioicæ plantæ conſtituunt unicum modum varietatum vere naturalem, in *Mares* & *Feminas* diſtinctum, quas noſſe & differentiis addere Botanicis perquam neceſſarium eſt.

Veteres, ignari fundamenti fœcundationis plantarum, *Mares pro Feminis* & *Feminas pro Maribus* aſſumſere, quod ſedulo vitandum. e. gr.

Mercurialis *mas*. T.
Cannabis. *mas*. L. B.
Lupulus *mas*. T.
} ſunt *feminæ*.

309. Varie-

309. Varietates monſtroſas (308) conſtituunt *Flores* mutilati (119), multiplicati (120), pleni (121), proliferi (122); *Herbæ* luxuriantes, faſciatæ, plicatæ, mutilatæ: in numero, figura, proportione & ſitu partium omnium, nec non ſæpius Color, Odor, Sapor & Tempus.

Modi primarii varietatum ſunt ſequentes:
Corollæ *Mutilatio* §. 119. 184.
Multiplicatio §. 120. 126. 727. *Impletio* §. 121. 125.
Prolificatio §. 123. 124.
Caulis *Luxuriatio Faſciculata* §. 274. *Plicata* §. 274.
Foliorum *Luxuriatio Criſpa* §. 311. *Bullata* §. 311.
Herbæ *Color* §. 266. *Odor* §. 267. *Sapor* §. 268.
Magnitudo §. 260. *Tempus* §. 265. 273.
Coloratio foliorum.
Buxus *foliis per limbum aureis*. T.
Aquifolium *ſpinis & limbis argenteis*. T.
Alaternus *foliis ex luteo variegatis*. H. R. P.
Salvia foliis ex viridi & luteo variegatis. H. R. P.
Aloë ſobolifera *foliis eleganter variegatis* Herm. prodr.
Caprifolium perfoliatum, *foliis ſinuoſis & variegatis*. T.
Urtica urens minor *foliis ex viridi & rubro eleganter variegatis*. Rudb.
Gramen paniculatum aquaticum, phalaridis ſemine, *folio variegato*. T.

310. Varietates leviſſimas non curat Botanicus (7).

ANTHOPHILI, nimia induſtria & aſſiduo inſpectione, in corollis florum ea miracula obſervarunt, quæ inexercitatus oculus nequit perſpicere; Objectum horum ſunt flores pulcherrimi *Tulipæ*, *Hyacinthi*, *Pulſatillæ*, *Ranunculi*, *Dianthi*, *Primulæ*; Occultas varietates harum nominarunt vocabulis ſtuporem excitantibus; hi propriam ſcientiam florum colunt, adeptis ſolis manifeſtam; caſtra itaque eorum nullus ſanus Botanicus intret.

Phœbus	*Triumphus Floræ.*
Apollo	*Pompa Floræ.*
Aſtræa	*Splendor Aſiæ.*
Dædalus	*Corona Europæ.*
Capido	*Gemma Hollandiæ.*

Aurora

Aurora *Sponsa Amstelodami.*
Gratiosa
Pretiosa.

Alexander Magnus.
Carolus Duodecimus.
Julius Cæsar.
Imperator Augustus.
Tartar Cham.

HORTULANORUM vulgus Pomiferis & Drupiferis nomina varietatum imposuere, nec definita nec definienda & numero pæne infinita.

Poma *Paradisi ca*
Prasomila
Rubelliana
Borstorffiana
Appiana
Melimela

Pyra *Falerna*
Favonia
Boni Christiani
Crustamina
Pie na
Libraria

FUNGORUM ordo in opprobrium artis etiamnum Chaos est, nescientibus Botanicis in his, quid Species, quid Varietas sit.

511. Foliorum luxuriatio in Oppositione & Compositione facillime accidit. CRISPA & BULLATA folia omnia monstrosa sunt.

OPPOSITA folia §. 83 : 112. sæpe evadunt Terna 83 : 111, seu Quaterna 83 : 111. & tum ex caule Quadrangulari fit caulis Polygonus:

Lysimachia lut. major, *foliis ternis*. T.
Lysimachia lut. major, *foliis quaternis*. T.
Lysimachia lut. major, *foliis quinis*. T.
Anagallis cærulea, foliis binis *ternisve ex adverso nascentibus*. Raj.
Anagallis phœnicea, foliis amplior *ex adverso quaternis*. T.
Salicaria *trifolia*, *caule hexagono*. T.

DIGITATA folia sæpe addunt unum alterumve foliolum.
Trifolium *quadrifolium* hortense album C. B.

CRISPIS foliis plantæ sunt omnes monstrosæ varietates, uti Corollæ plenæ in floribus, adeoque plantæ his foliis instructæ nullæ naturales, sed omnes aliam pro matre agnoscunt.

Apium f. Petrofelinum *crifpum*. C. B.
Heracleum : Sphondylium *crifpum* C. B.
Rumex : Lapathum *folio* acuto *crifpo* C. B.
Acetofa *foliis crifpis*. C. B.
Refeda *crifpa* gallica. Bocc.
Luteola lufitanica pumila *crifpa* T.

Braffica *laciniata* rubra. J. B.
Nafturtium hortenfe *crifpum*. C. B.
Malva *crifpa* J. B.
Lactuca *crifpa* C. B.
Cichorium *crifpum*. T.
Lapfana folio ampliffimo *crifpo*. B.
Tanacetum foliis *crifpis*. C. B.
Matricaria *crifpa*.
Afplenium : Lingua cervina maxima, *undulato folio*. H. R. P.
Leonurus : Cardiaca *crifpa*. Raj.
Mentha *crifpa* danica. Park.
Ocymum latifolium maculatum vel *crifpum*. C. B ?

ODOR in *Tanaceto*, *Mentha*, *Ocymo*, *Matricaria* augetur cum crifpatura, quod fingulare.

BULLATA folia §. 374. fiunt plerumque ex rugofis 83 : 64. aucta & multiplicata, adeoque elevata, fubftantia folii intra ejufdem vafa :

Ocymum foliis *bullatis*. C. B.
Braffica *undulata*. Renealm.
Lactuca capitata *foliis magis rugofis*. B.
Lactuca capitata major, *foliis rugofis & contortis*. B.
Lactuca capitata omnium maxima, *verrucofa*. B.

SAPONARIA *concava anglica*, ob florem variantem (p. 83.) lepide Gentiana folio convoluto J. B. dicta, fingulari modo bullatum folium conftituit deficientibus rugis, coarctato enim margine concava evadunt folia cochlearis inftar.

Tenuifoliæ Plantæ interdum nafcuntur ex latifoliis, fed minus frequens eft hæc varietas.

Heracleum hirfutum, *foliis anguftioribus*. C. B.
Lycopus *foliis in profundas lacinias incifis*. T.
Braffica *angufto apii folio*. C. B.
Veronica auftriaca, *foliis tenuiffime laciniatis*. T.
Sambucus *laciniato folio*. C. B.

Son-

Sonchus *aſper laciniatus*. C. B.
Valeriana ſylveſtris, *foliis tenuiſſime diviſis*. C. B.

312. Morboſas plantas, vel etiam ætates in Nominibus varietatum aſſumere, ſæpius ſuperfluum eſt.

Morboſæ plantæ a Botanicis receptæ variæ ſunt, prout etiam morbi.

Eryſiphe Th. eſt Mucor albus, capitulis fuſcis ſeſſilibus, quo folia aſperguntur, frequens in *Humulo*, *Lamio* Fl. ſuec. 494. *Galeopſide* Fl. ſuec. 491. *Lithoſpermo* Fl. ſuec. 152. *Acere* Fl. ſuec. 303.

Rubigo eſt pulvis ferrugineus, foliis ſubtus adſperſus, frequens in *Alchemilla* Fl. ſuec. 135. *Rubo ſaxatilli* Fl. ſuec. 411. *Eſula degenere* R. & præſertim in *Senecione* ſive *Jacobæa ſenecionis folio incano perenni*. Hall. jen. 177. inprimis in ſolo ſylvatico uſtulato.

Clavus cum Semina enaſcuntur in cornicula majora extus nigra ut in *Secali* & *Caricibus*.

Uſtilago cum fructus loco ſeminum farinam nigram proferunt.
Uſtilago Hordei C. B. *Uſtilago Avenæ* C. B.
Scorzonera pulveriflora H. R. P. *Trapopogon abortinum* Loeſ.

Nidus inſectorum cauſſatus ab inſectis, quæ ova depoſuere in plantis unde excreſcentiæ variæ.
Gallæ *Querci*, *Glechomæ*, *Ciſti*, *Populi tremulæ*, *Salicum Hieracii myophori*.
Bedeguar *Roſæ*.
Folliculi *Piſtaciæ*, *Populi nigræ*.
Contorſiones *Ceraſtii*, *Veronicæ*, *Loti*.
Squamationes *Abietis*, *Salicis roſeæ*.

Inſecta ſæpe cauſant plenitudines & prolificationes florum.
Matricaria Chamæmelum vulgare Fl. ſuec. 702. ab inſectis minimis fit prolifera.
Carduus caule criſpo Fl. ſuec. 658. cura inſectorum gerit floſculos majores, griſeos plenos vel potius prolifera frondoſos, piſtillis in folia enaſcentibus.

313. Color facillime variat, præſertim ex cæruleo rubro & in album.

COLORES imprimis ſequentes a Botanicis numerantur.
Hyalinus, *Aqueus*, *Vitreus*.
Albus, *Lacteus*, *Niveus*.

Cinereus, *Incanus*, *Lividus*, *Plumbeus*.
Niger, *Pullus*.
Fuſcus, *Luridus*.
Ater, *Piceus*,
Luteus,
Flavus, *Sulphureus*.
Fulvus, *Croceus*, *Flammeus*.
Gilvus, *Teſtaceus*, *Ferrugineus*.
Ruber, *Sanguineus*.
Incarnatus.
Coccineus, *Puniceus*.
Purpureus, *Phœniceus*.
Violaceus, *Cæruleo-Purpureus*.
Cæruleus.
Viridis, *Praſinus*.

PLANTARUM Colores varii, variis partibus magis proprii ſunt:
Niger frequenter in *Radice*, ſæpe in *ſeminibus*, rarius in *Pericarpio* rariſſime in corolla.
Viridis proprius *Herbæ* & *Calyci*; rariſſimus in Corolla.
Hyalinus frequens in *Filamentis* & *Piſtillo*.
Luteus frequens in *Antheris*, nec infrequens in *Corollis* præſertim *autumnalibus*, & *Semifloſculoſis* T.
Albus frequens in *Corollis vernalibus* & *Baccis dulcibus*.
Ruber frequens in *floribus æſtivis* & *baccis* in umbra natis acidiſque.
Cæruleus nec infrequens in floribus.

FLORUM colores ſæpius mutantur.

Ruber *in* album.
Erica, *Serpillum*, *Betonica*, *Galeopſis*, *Pedicularis*.
Dianthus, *Silene*, *Cucubalus*, *Agroſtemma*, *Coronaria*.
Trifolium, *Orchis*, *Digitalis*.
Carduus, *Serratula*, *Gnaphalium*.
Roſa, *Papaver*.
Fumaria, *Geranium*.

Cæruleus *in* Album.

Campanula, *Polemonium*, *Convolvulus*.
Hepatica, *Aquilegia*, *Viola*.
Vicia, *Galega*, *Polygala*.
Echium, *Acchuſa*, *Symphytum*, *Borrago*.

Hyſſo-

Hyssopus, *Dracocephalum*, *Scutellaria*.
Scabiosa, *Jasione*, *Cyanus*, *Cihorium*.

Luteus *in* album:
Melilotus, *Agrimonia*, *Verbascum*.
Tulipa, *Blattaria*, *Alcea*.
Cyanus turcicus, *Chrysanthemum*.

Albus *in* Purpureum:
Oxalis, *Datura*.
Pisum, *Bellis*.

Cæruleus *in* luteum.
Commelina, *Crocus*.

Ruber *in* Cæruleum.
Anagallis.

Multiplex mutatio.
Aquilegia cærulea in rubrum, album.
Polygala cærulea in rubrum, album.
Hepatica cærulea in rubrum, album.
Cyanus cæruleus in rubrum, album.
Impatiens lutea in rubrum, album.
Tulipa lutea in rubrum, album.
Anthyllis lutea in rubrum, album.
Primula rubra in luteum, album.
Cheiranthus lutea in cæruleum, album.

PERICARPIA Baccata sunt primum viridia, dein rubra, demum albida; matura etiam variant colores albos, rubros, cæruleos, præsertim in Pyris, Prunis, Cerasis.

Solanum guineense, *fructu nigerrimo*. B.
Solanum annuum, *baccis luteis*. Dill.
Solanum judaicum, *baccis aurantiis*. Dill.
Rubus vulgaris major, *fructu albo*. Raj.
Ribes vulgare acidum, *albas baccas ferens*. J. B.

SEMINA, rarius licet, colores etiam mutant:

Papaver hortense, *nigro semine*. C. B.
hortense, *semine albo*. C. B.
Avena vulgaris & alba. C. B.
nigra C. B.
Phaseolus vulgaris, *fructu violaceo*. T.
vulgaris fructu ex rubro & nigro variegato. T.
fructu albo, *venis nigris & lituris distincto*. T.

Pisum maximum, fructu nigra linea maculata. H. R. P.
hortense, flore, fructuque variegato. C. B.
Faba ex rubicundo colore purpurascente.

RADIX rarius colore variat.

Daucus sativus, radice alba. T.
Daucus sativus, radice lutea. T.
Daucus sativus, radice aurantii coloris. T.
Daucus sativus, radice atro-rubente. T.
Raphanus niger. C. B.

FOLIA rarius mutant viridem colorem, uti in *Amarantis*; interdum tamen maculas assumunt.

Persicaria cum maculis ferrum equinum referentibus. T.
Ranunculus hederaceus, atra macula notatus.
Orchis palmata palustris maculata. C. B.
Hieracium alpinum maculatum. T.
Lactuca maculosa. C. B.

HERBA tota sæpe alienum colorem induit.

Eryngium latifolium planum, caule ex viridi pallescente, flore albo. T.
Abrotanum cauliculis albicantibus. T.
Artemisia vulgaris major, caule ex viridi albicante. T.
Atriplex hortensis rubra. C. B.
Amarantus sylvestris maximus bovæ angliæ, spicis purpureis. T.
Portulaca sativa, foliis flavis. Moris.
Lactuca capitata rubra. B.

314. Locus *aquosus* folia inferiora, *montosus* autem superiora sæpius findit.

Difformia folia, sive folia diversæ figuræ, in eadem planta rariora sunt.

Tithymalus *heterophyllus.* Plum. Pluk. alm. 112. f. 6.
Rudbeckia *foliis inferioribus trilobis, superioribus indivisis.* Hort. ups.
Hibiscus *foliis inferioribus integris, superioribus trilobis.* Hort. cliff.
Lepidium foliis caulinis pinnato multifidis, rameis cordatis amplexicaulibus integris. Hort. cliff.

AQUATICÆ plantæ inferiora folia & submersa reddunt sæpius capillaria:

Ranunculus *aquaticus, folio rotundo & capillaceo.* C. B.
Sisymbrium *foliis simplicibus dentatis serratis.* Hort. cliff.
Cicuta, Sium, Phellandrium, Œnanthe, &c.

MON-

MONTANÆ plantæ folia inferiora magis integra, ſuperiora autem magis diſſecta formant. e. gr. *Pimpinella*, *Petroſelinum Aniſum*, *Coriandrum*.

Tenuifoliæ §. 312. huc ſpectant.

Hoc confirmat, quod omnes ex ſolo ſicco efformatæ ſunt.

315. Planta naturalis (157) nomine, varietatibus (158) oppoſito, notari non debet.

Cum varietates ſint ſuperfluæ in foro Botanico, ne excreſcant differentiæ in infinitum, hæc lex ſervanda erit; nec naturalem plantam opus eſt diſtinguere a monſtris.

316. Cultura tot Varietatum mater, optima quoque Varietatum examinatrix eſt.

Horticulturæ mangonium produxit flores *plenos*, fructus *horæos*, caulium *turiones*, herbas *altiles*, *capitatas*, teneraque *olera*; hæ ſibi relictæ in ſolo macro ſylveſtrem induunt naturam & naturalem.

Vidi lecta diu, & multo ſpectata labore
Degenerare tamen: ni vis humana quotannis
Maxima quæque manu legeret: ſic omnia fatis
In pejus ruere, ac retro ſublapſa referri. Virg. Georg. I.

Sic dulciſſimæ *Vites* fiant acidæ, ſuaviſſima *Mala* acerba, gratiſſima *Pyra* auſtera; mitiſſima *Amygdala* amara, ſuccoſa *Perſica* exſucca, læviſſimæ *Lactucæ* ſpinoſæ, pulpoſi *Aſparagi* lignoſi, ſapidiſſima *Ceraſa* acidiſſima; Cerealia *Olera* & Fructus evileſcant omnia.

Solum mutat plantas, unde varietates enaſcuntur &, mutato eodem, redeunt:

Buxus *arboreſcens*. C. B. Buxus *humilis*. Dod.
Xanthium Dod. Xanthium *canadenſe majus*. T.
Acanthus *mollis* C. B. Acanthus *aculeatus* C. B.
Cinara *aculeata* C. B. & *non aculeata* C. B.
Brunella Dod. Brunella *cæruleo magno flore*. C. B.
Myoſotis *foliis hirſutis*. H. C. & *foliis glabris*. H. C.
Criſta galli *femina*. I. B. & *mas* I. B.
Cerinthe *flore ex rubro purpuraſcente* C. B. & *flavo flore*, *aſperior*. C. B.

317. Varietates diverſas ſub ſua ſpecie colligere, non minoris eſt, quam ſpecies ſub ſuo genere collocare.

Veterum conſtantiam in ſpeciebus diſtincte tradendis vicit recentiorum ſtudium numerum plantarum augendi ſub fine præcedentis ſeculi, & infecit ſcientiam varietatum introductione, loco ſpecierum, dum ob notam levidenſem, nova ſpecies crearetur, in detrimentum Botanices; eo uſque proceſſit opinio, ut varietates evaderent Species, & Species Genera: huic Hæreſi ſeſe oppoſuit primus Vaillantius, dein Ego, mox Juſſiæus, Hallerus, Royenus, Gronovius, aliique non pauci, ne rueret ſcientia.

Pleræque varietates facillime explicantur & reducuntur ex collatione notarum variabilium varietatis cum naturali planta; Dantur tamen varietates non paucæ, quæ & ingenium, & experientiam expoſcunt.

HELLEBORUS *aconiti folio, flore globoſo croceo.* Amm. rhut. 101. Trollius *humilis flore patulo.* Buxb. cent. 1. p. 15. t. 22. Varietas Hellebori *Trollii.* Fl. ſuec. 474. nectariis longitudine corollæ.

GENTIANA *corolla hypocrateriformi: tubo villis clauſo, calycis foliis alternis majoribus.* Fl. lapp. 94. varietas Gentianæ *fauce barbata.* Fl. ſuec. 203. flore quadrifido & calycinis laciniis alternis duplo latioribus.

FUMARIA *bulboſa radice cava, & non cava major & minor,* ejuſdem ſpeciei eſſe docent Perianthium minutiſſimum, ſpecies congeneres, ſquama gemmæ, foliorum ſtructura, rami ſitus, bracteæ locus, corolla, ſiliqua, ſemina, ſtigma, ſed variat bracteis diviſis, & radice, magis minuſque cava.

VALERIANA *arvenſis præcox humilis, ſemine compreſſo.* T.
Valeriana arvenſis præcox humilis, foliis ſerratis. T.
Valeriana arvenſis ſerotina altior ſemine turgidiore. Mor.
Valeriana ſemine umbilicato nudo rotundo. Moriſ.
Valeriana ſemine umbilicato nudo oblongo. Moriſ.
Valerianella ſemine umbilicato hirſuto majori. Moriſ.
Valerianella ſemine umbilicato hirſuto minori. Moriſ.
Valerianella cretica fructu veſicario. Tournef. cor.
Valerianella ſemine ſtellato. C. B.

Has

Has fructu diversissimas, foliis sæpius magis incisas, ejusdem speciei esse, evincit caulis dichotomus, radix annua, structura foliorum, corollæ, seminis.

SCORPIURUS H. C. in distinctis individuis legumine diversissimo, tamen eadem.
Scorpioides siliqua campoide hispida. I. B.
Scorpioides siliqua cochleata & striata ulyssiponensis T.
Scorpioides bupleuri folio, siliquis levibus. Park.
Scorpioides siliqua crassa Boëlii Germ.

MEDICAGO *leguminibus cochleatis dentatis, caule diffuso.* H. C.

scutellata,	*coronata,*	*hirsuta,*	*polycarpos.*
orbiculata,	*doliata,*	*lupulina,*	*dicarpos.*
echinata,	*ciliaris,*	*spinosa,*	*arabica.*
turbinata,	*tornata,*	*rugosa,*	*cretica.*

tam Polymorpha fructu in distinctis varietatibus, quam cochleæ ipsæ, quas in hisce imitatur natura ad maris littora.

Finem ludentis polymorphæ naturæ vix attingat Botanicus, qui in varietatibus sese exercere velit.

X. SY-

X. SYNONYMA.

318. Synonyma ſunt diverſa Phytologorum (6) nomina, eidem plantæ impoſita, eaque *Generica* (VII), *Specifica* (VIII) & *Variantia* (IX.)

Patres §. 9. conveniebant plerumque in plantarum nominibus, genericis ſolum contenti.

Commentatores §. 10. ob defectum Deſcriptionum & Figurarum in Patrum ſcriptis, varie eorum nomina plantis adplicabant.

Deſcriptores §. 11. 12. detectis numeroſioribus plantis, pro arbitrio nomina imponebant.

C. Bauhinus quadraginta annorum labore, in Pinace 1622, Anteceſſorum nomina conjungebat & reduxit ad 6000 Species.

Curioſi §. 14. conquirentes undique novas plantas, reddidere numerum earum duplo auctiorem.

Syſtematici §. 53. in Generum conſtructione olim maxime diſſentientes, ſecundum falſa genera, falſiſſima nomina plantis imponebant.

Legibus differentiarum ſpecificarum non datis, Botanici Differentias partim triviales, partim variabiles, omnes lubricas, ſpeciebus imponebant.

G. Sherardus, Anglus, Botanicus inſignis, Bauhini Pinacem continuare allaboravit, ſed fato præventus 1728 reliquit opus Dillenio.

Dillenius, Profeſſor Sherardinus Oxonis, continuavit opus Sherardi in annum, quo obiit, 1747.

Sibthorpius, Succeſſor Dillenii, Pinacem Sherardianum & Dillenianum, etiamnum ineditum, ſervat & ſupplet.

Hallerus variis in Operibus Synonymiam abſolutam plantarum Helveticarum elaboravit.

Synonymiæ abſolutæ opus maxime neceſſarium eſt Botanicis:
Unico auctoris nomine detecto; innoteſcunt omnium.
Evolvi ideoque poſſunt Deſcriptiones & Figuræ omnes.
Innoteſcunt inde omnia quæ beneficio ſeculi innotuere de planta.
Plura nomina non reddant amplius ideam plurium plantarum.

Specierum ſynonyma ad Botanicos præcipue ſpectant; *Varietatum* autem, quæ ſæpius ſuperflua, addat qui lubet, ut minuatur ſpecierum falſarum numerus.

319. In

319. In Synonymis nomen optimum agmen ducat; quale ſit nomen alius *Selectum* aut Auctoris *proprium*.

Inter Synonyma primum erit Auctoris, ſive hoc proprium, ab alio deſumtum.

Primum Nomen Speciei erit ſelectum, & inter Synonyma præſtantiſſimum.

Male itaque in fine Synonymorum Auctores nonnulli proprium nomen collocant.

Alſine minor *Fuchſ. Lon. Tab.* minor. *Rubb.* minor multicaulis C. B. Morſus gallinæ minor *Brunsf.* Spec. 4. *Trag.* ALSINE vulgatiſſima *Noſtra. Brom. chlor.*

Differentias genuinas in nomine receptas alii nominibus ſpecificis vagis & illegitimis poſtponunt:

Veronica mas ſupina vulgatiſſima: *C. B. Seguier. veron.* 1. *p.* 233. *Berg viadr.* 76. *Ludolf herol.* 212. Veronica ſupina vulgaris. *Moriſ.* Veronica mas ſerpens. *Dod.* VERONICA caule repente, ſcapis ſpicatis foliis ovatis ſtrigoſis. *Lin cliff.* 8. VERONICA, foliis ſiccis ovatis ſerratis, caule procumbente, ex alis ramoſa. *Haller. helv.* 530.

320. Synonyma eadem conjungantur.

Dupliciter Synonyma proponuntur, vel deſcendendo ab antiquiſſimis ad nova vel aſcendendo a novis ad priſca.

Deſcendendo Inventoris nomen aciem ducat, ubi Synonyma ſecundum *Chronologiam* proponuntur, quam qui elaborare ſtudet, retro ut incedat neceſſe eſt: vide Hallerum, Dillenium.

Aſcendendo nomina proponunt, qui incipiunt a nominibus genericis recentioribus, deſinentes in antiquiſſima, quod mihi ſæpius receptum.

Adſcendentia.	Deſcendentia.
LIMOSELLA. *Fl. lapp.* 249. *Fl. ſu* 521. *Hall. helv.* 609. *Wachend. ultraj.* 144. *Guett. ſtamp.* 1. *p. Dalib. pariſ.* 193.	LIMOSELLA. *Fl. lapp.* 249. *Fl. ſu.* 521. *Hall. helv.* 609. *Wachend. ultraj.* 144. *Guett. ſtamp.* 1. *p.* 195. *Dal. par.* 193.
Limoſella annua. *Lind. alſat.* 156. *t.* 1.	Plantago aquatica minima. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 110. *Park theatr.* 1244. *Merret. pin.* 95. *Boerh. lugdb.* 1, *p.* 45.
Menyanthoides vulgaris. *Vaill. par.* 126. *Fabreg. V. p.* 91.	

Planta-

Plantaginella. *Rupp. jen.* 18. *Dill. gen.* 112. *Buxb. act.* 3. *p.* 271.
Plantaginella paluſtris. *Bauh. pin.* 190. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 605. *ſ.* 15. *t.* 2. *f.* 1. *Raj. angl.* 237. *hiſt.* 1077. *ſin.* 3. *p.* 278. *Mapp. alſat.* 242.
Plantago aquatica minima. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 110. *Park. theatr.* 1241. *Merret. pin.* 95. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 45.
Spergula perpuſilla, lanceolatis foliis. *Locſ. pruſſ.* 261. *t.* 81.
Alſine paluſtris repens, foliis lanceolatis, floribus albis perexiguis. *Pluk. alm.* 20. *t.* 74. *f.* 4. *Volk. norib.* 22.
Alſine paluſtris exigua, foliis lanceolatis plantaginellæ aquaticæ inſtar, floſculis albis vix conſpicuis. *Mentz. p.* 2. *t.* 7. *f.* 6. *Comm. holl.* 8. *Raj. ſuppl.* 498. *Tourn. pariſ.* 381.
Ranunculus paluſtris minimus plantaginis folio. *Herm. lugdb.* 517.

Plantaginella paluſtris. *Bauh. pin.* 0. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 605. *ſ.* 15. *t.* 2. *f.* 1. *Raj. angl.* 237. *hiſt.* 1077. *ſyn.* 3. *p.* 278. *Mapp. alſat.* 242.
Spergula perpuſilla, lanceolatis foliis. *Læſ. pruſſ.* 261. *t.* 81.
Alſine paluſtris exigua, foliis lanceolatis plantaginellæ aquaticæ inſtar, floſculis albis vix conſpicuis. *Mentz. pag.* 2. *t.* 7. *f.* 6. *Comm. holl.* 8. *Raj. ſuppl.* 498. *Tourn. pariſ.* 381.
Alſine paluſtris repens, foliis lanceolatis, floribus albis perexiguis. *Pluk. alm.* 20. *t.* 74. *f.* 4. *Volk. norib.* 22.
Ranunculus paluſtris minimus, plantaginis folio. *Herm. lugbd.* 517.
Plantaginella. *Rupp. jen.* 18. *Dill. gen.* 1 3. *Buxb. act.* 3. *p.* 71.
Menyanthoides vulgaris. *Vaill. pariſ.* 126. *Fabregòw V. p.* 91.
Limoſella annua. *Lind. alſat.* 156. *t.* 1.

321. Synonyma ſingula novam ordinantur lineam.

Methodo quintuplici ſolent Synonyma ab Auctoribus recitari.

a. Synonyma ſecundum genera.

PARTHENIUM foliis ovatis crenatis. *Hort. cliff.* 442. *Gron. virg.* 115. *Roy. lugbd.* 86.
Partheniaſtrum helenii folio. *Dill. elth.* 302. *t.* 225. *f.* 292.
Ptarmica virginiana, foliis helenii. *Moriſ. blæſ.* 97.
Ptarmica virginiana, ſcabioſæ auſtriacæ foliis diſſectis. *Pluk. alm.* 308. *t.* 53. *f.* 5. & *t.* 19. *f.* 1.
Pſeudo Coſtus virginiana ſ. Anonymos corymbifera virginiana flore albo. *Raj. hiſt.* 363.
Dracunculus latifolius ſ. Ptarmica virginiana folio helenii. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 41.

b. Syno-

b. Synonyma per Lineas innovatas.

PARTHENIUM foliis ovatis crenatis. *Hort. cliff.* 442. *Gron. virg.* 115. *Roy. lugd.* 86.

Partheniaſtrum helenii folio. *Dill. elth.* 302. *t.* 225. *f.* 292.

Ptarmica virginiana, foliis helenii. *Moriſ. bleſ.* 297.

- - - - - - - - - - - ſcabioſæ auſtriacæ foliis diſſectis. *Pluk. alm.* 308. *t.* 53. *f.* 5. & *t.* 219. *f.* 1.

Pſeudo Coſtus virginiana ſ. Anonymos corymbifera virginiana, flore albo. *Raj. hiſt.* 363.

Dracunculus latifolius ſ. Ptarmica virginiana folio helenii. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 41.

c. Synonyma per ſeriem continuatam.

PARTHENIUM foliis ovatis crenatis. *Hort. cliff.* 442. *Gron. virg.* 115. *Roy. lugdb.* 86. Partheniaſtrum helenii folio. *Dill. elth.* 302. *t.* 225. *f.* 292. Ptarmica virginiana, foliis helenii. *Moriſ. bleſ.* 297. Ptarmica virginiana, ſcabioſæ auſtriacæ foliis diſſectis. *Pluk. alm.* 308. *t.* 53. *f.* 5. & *t.* 219. *f.* 1. Pſeudo Coſtus virginiana ſ. Anonymos corymbifera virginiana, flore albo. *Raj. hiſt.* 363. Dracunculus latifolius ſ. Ptarmica virginiana folio helenii. *Moriſ. hiſt. p.* 41.

d. Synonyma per excluſionem nominis generis inſequentis.

PARTHENIUM foliis ovatis crenatis. *Hort. cliff.* 442. *Gron. virg.* 115. *Roy. lugbd.* 86. Partheniaſtrum helenii folio. *Dill. elth.* 302. *t.* 225. *f.* 292. Ptarmica virginiana, foliis helenii. *Moriſ. bleſ.* 297. virginiana, ſcabioſæ auſtriacæ foliis diſſectis. *Pluk. alm.* 308. *t.* 53. *f.* 5. & *t.* 219. *f.* 1. Pſeudo Coſtus virginiana ſ. Anonymos corymbifera virginiana, flore albo. *Raj. hiſt.* 363. Dracunculus latifolius ſ. Ptarmica virginiana, folio helenii. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 41.

e. Synonyma per abbreviationem cum parentheſi.

PARTHENIUM foliis ovatis crenatis. *Hort. cliff.* 442. *Gron. virg.* 15. *Roy. lugd.* 86. Partheniaſtrum helenii folio. *Dill. elth.* 302. *t.* 225. *f.* 292. Dracunculus latifolius (ſ. Ptarmica virginiana (ſcabioſæ auſtriacæ foliis diſſectis. *Pluk. alm.* 308. *t.* 53. *f.* 5. & *t.* 219. *f.* 1.) folio helenii. *Moriſ. bleſ.* 297.) *hiſt.* 3. *p.* 41. Pſeudo Coſtus virginiana ſ. Anonymo corymbifera virginiana, flore albo. *Raj. hiſt.* 363.

Receptum eſt (*a*) a me; (*b*) a Mentzel. lex. (*c*) a pleriſque; (*d*) a Dill. giſſ. (*e*) a Brom. chlor.

322. In

322. In Synonymis *Auctor* & *Pagina* ubique ad finem indicanda sunt.

Citatio operis in nominibus plantarum constabit genere & differentia s. *Auctore* & *Libro.*

Auctoris nomen solum non sufficit, cum idem auctor sæpius plura scripta evulgavit; Fuere etiam sæpius duo vel plures ejusdem nominis vel in posterum possent plures prodire eodem nomine inclarescentes; Sic dudum innotuere duo ejusdem nominis:

Gesneri.	*Ammanni.*	*Rudbeckii.*
Bauhini.	*Knautii.*	*Commelini.*
Camerarii.	*Volkamerii.*	*Magnolii.*
Hermanni.	*Horstii.*	*Triumfetti.*
Jussiæi.	*Mylleri.*	*Montii.*
Scheuchzerii.	*Cordii.*	*Besleri.*
		Hoffmanni.

Opus solum pro citatione non sufficit, cum plurima vel prodier dudum, vel prodibunt in posterum, sub eodem nomine, quæ ansam confusionis præbent futuris seculis, nisi Auctor addatur.

Hort. Lugdb.	Hort. Patav.	Flor. Parisin.
Vorstii	*Cortusi*	*Cornuti*
Pavii	*Guilandini*	*Tournefortii*
Schyylii	*Scheuckii*	*Vaillantii*
Hermanni	*Veslingii*	*Fabregowii*
Boerhaavii	*Marcelli*	*Dalibardi.*
Royeni	*Turrei*	

Proprii Auctores solent excludere proprium nomen & tantum operis mentionem injicere, vel, quod minus placet, etiam tantum ejusdem literas initiales; hoc ab aliis non erit imitandum:

(Dill.)	*Catal. Giss.*	vel C. G.
	Hort. Eltham.	- - H. E.
	Hist. Muscor.	- - H. M.

Compendiosissime & unico vocabulo nominetur opus, cujus litera initialis erit parva, Auctoris vero majuscula, ne citatio evadat diffusior, tamen evidens.

Pagina addatur ultimo, ut facilius evolvatur planta.

323. In

§23. In completo Synonymorum cohorte *Inventorum* Afterifco notare placet.

Difficile hoc fit antequam nova Synonymia & abfoluta prodeat.

Multum lucis adferret ejufmodi nota in Chronologia plantarum, ne quæratur apud antiquos a recentioribus detecta planta, præfertim fi Synonyma collocentur fecundum genera, (§. 321.)

§24. Nomina Regionum vernacula vel excludenda vel ad Finem Synonymorum collocanda funt.

Nomina cujufvis loci vernacula in Floris fpecialibus multum lucis accendunt, non modo ut facilius ab incoli addifcantur plantæ, fed & ut ex vulgi nomine, fæpius ingeniofo, natura plantæ innotefcat.

Barbara nomina ad finem Synonymorum collocentur, uti RHEDI *Malabarica*. HERMANNI *Zeylanenfia*, KÆMPFERI *Japonica*, HERNANDI *Mexicana*, MARGGRAVII *Brafilienfia*, RUMPFII *Amboinenfia*.

XI. ADUM-

XI. ADUMBRATIONES.

325. ADUMBRATIONES Historiam plantæ continent, uti *Nomina* (VII), *Etymologias* (234-242), *Classes* (II), *Characteres* (VI), *Differentias* (VIII), *Varietates* (IX), *Synonyma* (X), *Descriptiones* (326), *Icones* (332), *Loca* (334), *Tempora* (335).

Methodus demonstrandi proposita in *Syst. nat. 6. p.* 222. sistit ordinem, secundum quem plantæ historia concinnari debet.

Continebit Adumbratio omnia quæ ad *Historiam plantæ* pertinent, uti ejusdem Nomina, Signa, Faciem, Naturam & Usum.

326. DESCRIPTIO (325) est totius plantæ character naturalis, qui describat omnes ejusdem partes externas (80. 81. 82. 83. 84. 85. 86.)

Perfecta Descriptio non adquiescat more recepto in *Radice*, *Caule*, *Foliis*, & *Fructificatione*, sed etiam prope observabit *Petiolos*, *Pedunculos*, *Stipulas*, *Bracteas*, *Glandulas*, *Pilos*, *Gemmas*, *Foliationem* & *Habitum* omnem.

RICINUS foliis peltatis serratis, petiolis glanduliferis. *Hort. cliff.* 450.

Radix *ramosa*, *fibrosa*.

Caulis *erectus*, *teres*, *viridis*, *articulatus*, *inanis*, *lævis*: *striis sparsis longitudinalibus*, *superne flexuosus*, *alius orgyam unam alteramve*.

Rami *solitarii*, ex *axillis superioribus foliorum*, *cauli similes*, *altiores*; ex inferioribus axillis *breviores*, *vel marcescentes*, *vel seriores* Rami.

Folia *alterna*, *peltata*, *novemlobata*: *Lobis exterioribus majoribus*, *magis angulatis*: *Nervis totidem ab umbilico ad laborum apices excurrentibus*; *obtusiuscule inæqualiter serrata*, *reticulato venosa*, *utrinque lævia*, *supra glabra*, *disco extrorsum versa*.

Hæc *ante explicationem plicata*, *serraturis glandulosis*.

Petio-

Petioli *teretes*, *læves*, *patentes*, *sessiles*, *filiformes*, *longitudine foliorum.*

Glandula *supra basi petioli : latere superiori*, *obtusa*, *solitaria.*

Glandulæ *binæ peltatæ*, *in apice petioli : latere superiori.*

Glandulæ *duæ oppositæ*, *ad basin petioli*, *in caule.*

Stipula *petiolo opposita*, *membranacea*; *glabra*, *solitaria*, *caulem ambiens ad petiolum usque*, *concava*; *acuta*, *decidua.*

Pedunculus *ramos terminans*, *e regione petioli inter ramum & stipulam*, *erectus*, *nudus*; *adspersus*, *Umbellulis alternis*, *sessilibus.*

Involucrum *umbellulæ triphyllum*, *membranaceum*, *minimum*, *inæquale*, *marcescens.*

Umbellulæ *inferiores multifloræ*; *masculæ*; *superiores pauciores*; *unifloræ*; *femineæ.*

Pedicelli *alterminatim excrescentes deflorentesque.*

Flores *Masculi pedicellis longioribus insidentes.*

Masculi. Calycis Perianthium *monophyllum*, *quinquepartitum : laciniis ovatis*, *concavis.* Corolla *nulla.* Staminum Filamenta *varia*, *filiformia*, *ramosa & subramosa*; *calyce longiora.* Antheræ *subrotundæ*, *didymæ.*

Feminei. Calycis Perianthium *monophyllum*, *tripartitum*, *deciduum : laciniis ovatis*, *concavis.* Corolla *nulla* Pistilli Germen *ovatum*, *tectum spinis subulatis inermibus.* Styli *tres*, *hipartiti*, *erecto patentes*, *subulati*, *hispidi*, *purpurascentes.* Stigmata *simplicia.* Capsula *subrotunda*, *trisulca*, *obsolete triangularis*, *undique aculeata*, *trilocularis*, *trifariam dehiscens*, *elastica.* Semina *solitaria*, *subovata*, *maculis inæqualibus.*

327. Descriptio (326) compendiosissime, tamen perfecte terminis tantum artis, si sufficientes sint, partes depingat secundum *Numerum*, *Figuram*, *Proportionem*, *Situm.*

Character Naturalis speciei eodem modo, quo generis (167), confici debet, sed admittat notas plures accidentales, quam Generis character.

Notæ characteristicæ Descriptionis primariæ, semper observandæ in omni parte plantæ; sunt *a*) *Numerus*, *b*) *Figura*, *c*) *Proportio*, *d*) *Situs.*

R PHAR-

PHARNACEUM glabrum, pedunculis folia æquantibus. Alſine *Amm. rhut.* 84. *Roſtochii frequens.*

Radix *a. unica. b. filiformis, ſubramoſa. c. albida. d. perpendicularis.*

Caules *a. plures, b. filiformes, teretes, glabri, geniculati: articulis nudis, c. digitales, d. erectiuſculi, demum procumbentes, e. incarnato-colorati, pellucidi.*

Rami *a. rariſſimi, b. facie caulis, c. caule altiores, d. ad genicula enati.*

Folia radicalia *a. numeroſa, b. linearia, integerrima, avenia, ſucculenta, ſubtus convexa, margine obtuſiuſcula, apice ſubacuminata, c. longitudine ſæpius articulorum caulis, d. inferiora ſenſim breviora.*

Caulina Folia *d. verticillata, a. terna, quaterna, plurave, b. radicalibus ſimillima, figura,* &c. *magnitudine.*

Pedunculi *a. ſolitarii, rarius bini, b. filiformes, c. articulis paulo breviores, anguſtioreſque, d. e. geniculo inter folia enati, deſinentes apice Pedicellis a. duobus tribuſve, b. capillaribus, nudis, apice unifloris c. inæqualiter prodeuntibus, florentibuſque, d. baſi articulatis, abſolutaque floreſcentia dependentibus.*

Bracteæ *a. numero pedunculorum, b. ovatæ, c. minimæ, d. ad baſin pedunculi communis & partialium.*

Florum *Calyx.* Perianthium *a. pentaphyllum: b. foliolis ſubovatis, concavis, c. æqualibus, d. baſi læviſſime unitis.* Corolla *nulla vel calyce unita (cum Perianthium ſub floreſcentia margine & interiore latere niveum).* Staminum filamenta *a. quinque, b. ſubulata, c. longitudine calycis, d. receptaculo inſerta.* Antheræ *a. ſolitariæ, b. baſi bifidæ, c. breviſſimæ, d. diviſura annexæ.* Piſtilli Germen *a. unicum, b. ovatum, trigonum. c. breviſſimum.* Styli *a. tres, b. filiformes, c. longitudine ſtaminum.* Stigmata *b. obtuſa.* Pericarpii Capſula *b. ovata, obſolete trigona, c. longitudine calycis, d. calyce tecta, trilocularis, trivalvis.* Semina *a. numeroſa, b. orbiculata, depreſſa, margine acuto cincta, nitida, c. parva, d. columellæ affixa.*

328. Deſcriptio ordinem naſcendi ſequatur.

Ordo Deſcriptionis ſecundum ordinem partium plantæ incedat. Latitudinem interdum admittit hæc regula, ſed non omnimodam.

Male

Male primum cirrhi, dein *pedunculi*, tum *glandulæ*, demum *folia*, tandem *caulis*, ultimo *petioli* promiscue proponerentur.

Præstat naturam sequi a *Radice* ad *Caulem*, *petiolos*, *Folia*, *Pedunculos*, *Flores*.

TILIA. *Hort. cliff.* 204.

Radix: Caudex *descendens*, *divaricatus*, *ramosissimus*, *teres*, *flexuosus*, *epidermide decidua:* Radiculis *capillaribus*, *flexuosis*, *subramosis*.

Caudex adscendens *arboreus*, *teres*, *ramosissimus* : cortice *crasso*, *poroso*, *tectus* Epidermide *in antiquo striato-rimosa*, *in tenello lævi*, *glabra* : ramis præcedentis anni instructis gemmis alternis.

Gemmæ *ovatæ*, *prominentes*, *constructæ Squamis duabus*, *alternis*, *oblongo-ovatis*, *obtusis*, *convolutis*, *subcarnosis*, *stipulaceis*.

Stipulæ *gemmaceæ oppositæ*, *ovatæ*, *glabræ*, *integerrimæ*, *concavæ*, *involventes folia & caulem.*

Caulis *simplicissimus*, *teres*, *subflexuosus a folio ad folium*, *decumbenti-patens*, *lævis*, *adspersus punctis aliquot vagis obsoletis.*

Folia tenella *conduplicata*, *secunda*, *rugosa*, *villosa undique;* adulta *cordata*, *nervosa*, *venosa*, *inæqualiter serrata*, *acuta*, *supra glabra*, *pilis vix conspicuis adspersa*, *subtus in axillis vasorum majorum barbata.*

Petioli *teretiusculi*, *læves*, *folio breviores*, *fere distiche prodeuntes*, *interjectis spatiis folio brevioribus.*

Pedunculi *solitarii*, *petiolo laterales*, *longiores*, *filiformes*, *apice trifidi : lateralibus trifidis*, *extremitatibus unifloris;* Flosculi *adeoque septem*, *altitudine æquales.*

Bractea *lanceolata*, *obtusiuscula*, *albo-colorata*, *integerrima*, *longitudine pedunculi*, *a basi ad medium longitudinis pedunculo unita.*

Floris Perianthium *quinquepartitum*, *concavum*, *colorato-flavescens*, *magnitudine ferme corollæ*, *deciduum.* Corollæ Petala *quinque*, *oblonga*, *obtusa*, *apice crenata*, *flavo-albicantia.* Staminum Filamenta *plurima : triginta vel quadraginta*, *setacea*, *receptaculo inserta*, *longitudine corollæ* Antheræ *subrotundæ.* Pistilli Germen *subglobosum*, *hirsutum.* Stylus *cylindricus*, *altitudine staminum.* Stigma *obtusum*, *pentagonum.* Pericarpium *coriaceum*, *globo-*

globoſum quinqueloculare, quinquevalve, baſi dehiſcens;
Semina *ſolitaria ſubrotunda.*
Cotyledones *quinquefidi, extremis & media longioribus.* I. B.

329. Deſcriptio diſtinctas partes plantarum in diſtinctis paragraphis tradat.

Partes plantarum in deſcriptione æque diſtinctæ evadant ac in ipſa planta.

Majuſculis literis pingantur omnes Partes plantæ, at partium partes minuſculis, & a vulgaribus diverſis.

Uſus inde reſultat, quod non modo partes a lectore facilius reperiantur, ſed & quod omiſſa facilius in deſcriptione perſpiciantur.

Tædioſius nihil deſcriptione ampliſſima, quam nec paragraphi, nec majuſculæ literæ, ſecundum partes plantæ, diſtinguunt.

PASSIFLORA foliis trilobis cordatis piloſis, involucris multifido-capillaribus. *Amoen. academ.* 228.

Radix *fibroſa, annua.*

Caulis *teres, plus quam humanæ altitudinis, debilis: Pilis patentiſſimis, inæqualibus, albis adſperſus.* Rami ſupra *axillas ſpatio remoti, caulem ſtructura imitantes.*

Folia *alterna, remota ſpatiis longitudine foliorum, cordata, obſolete triloba, baſi quiquenervia, venoſa: venis diaphanis, integerrima, obſcure ciliata: Setis glanduliferis; Pilis erectis albis, utrinque adſperſa; ante explicationem triplicata.*

Petioli *teretes, ſimiliter piloſi, patentes; folio dimidio breviores, ſupra parum planiuſculi;* glandulis *ſubulatis, alternis, erectis, longitudinaliter diſpoſitis in ſupina parte.*

Stipulæ *lunares, amplexantes caulem, perſiſtentes, undæ ciliatæ:* glandulis *ſubulatis, longitudine ſtipularum.*

Cirrhi *filiformes, patentes, axillares, piloſi ſupra medietatem ſpiraliter convoluti & revoluti, foliis longiores.*

Pedunculi *axillares, cirrho laterales, ſolitarii, erecti, teretes, petiolo breviores, piloſi, terminati involucro.*

Involucrum *triphyllum, lineare, pinnatifidum, piloſum ciliatum glandulis ſubulatis, perſiſtens, uniflorum.*

Flos *ſeſſilis, calyce pentaphyllo, piloſo, mucronato,* &c.

330. Deſcriptio juſto longior aut brevior, utraque mala eſt.

Longa

Longa nimis evadit descriptio, cum Color viridis in Herba, Mensura partium, & similia, facillime variantia, diffusa oratione proponuntur.

Breviores justo evadunt Descriptiones, cum excluduntur notæ singulares, & partes essentiales Herbæ, licet minimæ, uti Stipulæ, Bracteæ, Glandulæ, Fili & similia.

Lini descriptio sit exempli loco?

A. Brevissima & imperfecta *Dodonæi:*

Radices *exiles.* Culmi *seu vergæ tenues, rotundæ.* Folia *oblonga, angusta, acuminata.* Flores *in summis virgis, speciosi, cærulei.* Vascula *parva, rotunda, orbiculata.* Semen *aliquatenus oblongum, læve, glabrum, splendens, ex fulvopunicens.*

B. Longissima superflua & inanis.

Radices *angustæ, subdivisæ, intra terram reconditæ.*

Caules *erecti, rotundi, virides, pipedales vel tripedales, ramosi:* Ramis *caule dimidio brevioribus.*

Folia *angusta, viridia, acuta, plurima, uncialia, ad angulum acutum a caule discedentia, basi affixa, non tomentosa, aut villosa; superiora folia tantum semuncialia sunt & quatuor lineas lata; inferiora tres lineas lata, at suprema vix duas lineas adtingunt in latitudine.* Pedunculi *simplices, unciales vel sesqui unciales, crassitie vix dimidiæ lineæ.* Flores *in summitatibus ramorum, ampli, patentes,* &c. ut pag. 134.

C. Naturalis & legitima descriptio:

Radix *simplex, perpendicularis, flexuosa, pallida:* radiculis *lateralibus capillaribus.*

Caulis *simplex, perpendicularis, teres, filiformis.*

Folia *alterna, sessilia, lanceolata, obsolete trinervia, acuminata, erectiuscula, utrinque glabra. subaxillaria paulo majora.*

Rami *ex axillis foliorum summorum, erecti, foliis minoribus instructi;* rudimenta *ramorum marcescentia ex axillis foliorum inferiorum.*

Pedunculi *foliis oppositi, eisque longiores, filiformes, nudi, terminati* Fructificatione *solitaria, in generibus descripta.*

Cotyledones *quasi quatuor, cruciatim oppositi, quorum duo inferiores subovati, superioribus duplo latiores.*

 331 Men-

331. Menſura Magnitudinis, a manu deſumta, in plantis convenientiſſima eſt.

Menſuram plantarum ſecundum ſcalam geometricam & quidem adcuratiſſimam, in partibus plantarum deſcribendis, introduxit Tournefortius, quem ſecuti ſunt aſſeclæ, ut eſſentia deſcriptionis conſiſteret in adcuratiſſima menſura geometrica.

Variare plantas in partium longitudine & latitudine, magis quam in re alia quacunque, cuique in Botanicis verſato eſſe notiſſimum nullus dubito.

Admitto rariſſime aliam menſuram, quam proportionalem, inter plantæ partes diverſas: ubi pars hæc vel illa, longior aut brevior, latior aut anguſtior ſit altera.

Si vero menſura vel ſcala aſſumenda ſit, non judico opus eſſe, ut ejuſmodi ſcala a Botanico circumferatur, ſed ut menſuretur a manu, vel ſtatura hominis.

Capillus eſt diameter Crinis.
Lineæ pars duodecima.

Linea eſt Lunulæ longitudo, ab unguis radice verſus unguem extenſa (non vero in Pollice).
Linea una Menſuræ pariſinæ.

Unguis eſt longitudo Unguis.
Lineæ ſex, ſive uncia dimidia.

Pollex eſt longitudo aut diameter extimi articuli Pollicis.
Uncia una pariſina.

Palmus eſt diameter quatuor digitorum tranſverſorum parallelorum, demto pollice.
Unciæ tres pariſienſes.

Dodrans eſt ſpatium inter apicem Pollicis & Digiti minimi extenſum.
Unciæ novem.

Spithama eſt ſpatium inter apicem Pollicis & Indicis extenſum.
Unciæ ſeptem.

Pes menſuratur a flexura cubiti ad baſin Pollicis.
Unciæ duodecim.

Cubitus a flexura cubiti ad extimum apicem digiti intermedii.
Unciæ ſeptendecim.

Brachium ab axilla ad apicem Digiti intermedii.
Unciæ viginti-quatuor.

Orgya,

ORGYA, Hexapoda. seu Humana alititudo est mensura inter manus expansas.
Pedes sex.

332. Icones magnitudine & situ naturali depingendæ sunt.

Veterum icones sistunt maximas Arbores & minimas Alsines sub eadem magnitudine; Procumbentes & Repentes plerumque erectas pingunt, quod sedulo vitandum.

Cum magnitudo nequeat depingi in plantis maximis, præstat Ramulum porrigere, & plantam integram in compendio juxta partem sistere; uti *Ehret* in Napæa t. 8. Hibisco t. 6. Verbena t. 14. & Martynia t. 1.

Fundamentales figuræ §. 11. præsertim Plumerianæ, facillime elaboratæ, plantas optime repræsentant.

Ligneæ figuræ §. 11. olim usitatissimæ, præsertim Rudbeckianæ, certabant cum æneis, sed opera Botanica reddidere minus pretiosa; nunc antiquatæ sunt non sine impensis Botanicis.

Pictor, *Sculptor* & *Botanicus* æque necessarii sunt ad figuram laudabilem; Si alter horum peccet, evadit figura vitiosa. Hinc Botanici, qui una exercuere artem & pictoriam & seculptoriam, præstantissimas figuras reliquerunt.

333. Icones optimæ omnes plantæ partes, licet minimas etiam fructificationis, exhibeant.

Minimis in partibus, præsertim Fructificationis, latent numerosissimæ & præstantissimæ Differentiæ, quæ Speciem maxime distinguunt.

Pili, Glandulæ, Stipulæ, Stamina & Pistilla, in veterum figuris exclusa, nunquam in Icone omittenda, si evadet digna.

334. LOCA natalia plantarum respiciunt *Regionem*, *Clima*, *Solum* & *Terram*.

Horticulturæ fundamentum dependet a loco plantarum, unde Canones & Principia artis formanda, quod demonstravi in *Actis Stockholm.* 1739. *p.* 1.

Milleri The Gardeners Dictionary tradit specialem culturam singulæ plantæ; at nimis diffusa & onerosa esset hæc Methodus Horticulturæ per omnes plantarum detectas species.

Habitationes plantarum ex loco patefcunt, quibus conftat unde Plantarum fpecies conquirendæ, pro Herbariis, Hortis, Medicina & Œconomia.

REGIO tradat Regnum, Provincias, Pagos, & ubi rariffimæ plantæ, loca fpecialiffima.

CLIMA habet tres dimenfiones, Latitudinem, Longitudinem & Altitudinem Loci.

Latitudo eft ab Æquatore vel *Borealis* vel *Auftralis*, utraque gradibus divifa 90.

Longitudo communiter ab Infula *Ferro* Canarienfium ad eandem numerat 360.

Altitudo perpendicularis eft terræ menfura a mari, verfus fumma cacumina Alpium.

Menfuratur *Barometro* fecundum elevationem loci perpendicularis defcendente, cujus fcala ex menfura anglicana hæc eft:

unica		hexapoda
.	½	63
1		133
	½	208
2		290
	½	377
3		471
	½	570
4		676
	½	787
5		905
	½	1028
6		1158
	½	1293
7		1435

Vaillantius inter primos Climata affumfit in loco natali plantarum, fed unice latitudinem refpexit. e. gr. Panax foliis ternis quinatis fub latitudine 45. 46. Non vero fufficere folam latitudinem patet ex locis diffitis, diverfiffimas plantas proferentibus; multo minus longitudinem.

Latitudines *Romæ* Italiæ, *Pichini* Chinæ, *Noveboraci* Americes, fub eodem gradu Boreali ferme fitæ funt.

Roma 41 : 51. Pekin 39 : 55. Noveboracum 41 : 0.

Similiter *Palæftina* & *Florida* Boreales.

Cofferia & *Chili* Auftrales.

latitudine fere conveniunt (Cap. Bon. Sp. 34 : 15. Jerufalem 31 : 40.) Sed diverfiffimas plantas alunt.

Longitudine conveniunt *Promotorium feptentrionale* (Nord-Cap), *Upfalia*, *Roma*, *Caput Bon. Sp.* plantis diverfiffimis.

Alti-

Altitudo magis conveniens est pro habitatione plantarum.

Aquaticæ Plantæ Indicæ cum Europæis sæpe conveniunt, uti *Utricularia*, *Drosera*, *Aldrovanda*, *Nymphæa*, *Sagittaria*.

Alpinæ Plantæ Lapponiæ, Groenlandiæ, Sibiriæ, Helvetiæ, Walliæ, Pyrenæorum, Olympi, Ararat, Brasiliæ, licet remotissimæ, sæpe eadem sunt.

Strata Telluris supra aquam ubique, ni fallor, eadem & eodem ordine posita sunt: supremum *Petra* dein *Schistus*, tum *Marmor*, demum *Schistus*, tandem *Cos*. It. wgoth. 77.

Sic pratum mari paulo altius plantis pratensibus uberrimis refertum, elevetur adjacens magisque a mari remota terra, mox aliæ plantæ & sylvestres hanc operient, cujus exempla in *It. scan.*

SOLUM respicit Telluris naturam:

MARE aqua salsa refertum, occultat plantas radicibus destitutas, per poros nutriendas, frigoris impatientes:

Fucus.	*Najas.*	*Ulva.*
Zostera.	*Ceratophyllum.*	*Spongia.*

LITTORA maris Arenâ sive Sabulo, sale impraegnato, maris fluctibus ventisque exposita, alunt proprias plantas.

Salicornia	*Crambe*	*Glaux.*
Salsola	*Beta*	*Triglochin*
Cakile	*Atriplex.*	*Statice*
Anastatica	*Eryngium*	*Isatis*
Seriphium	*Samolus.*	*Hippophae.*
Arenaria mar.	*Centaur. minus.*	

FONTES scaturiunt aqua gelida, purissima.

Mnium F. s. 913.	*Fontinalis*	*Angelica*
Montia	*Hippuris*	*Petroselinum.*
Beccabunga.		

FLUVII aquam puram, subfrigidam, motu agitatam vehunt.

Potamogeton	*Sparganium*	*Ranuncul. capill.*

RIPÆ Fluviorum & Lacuum hyeme sub aqua reconditæ.

Phalaris. F. s. 48.	*Hydrocotyle*	*Alsinn.*
Lycopus	*Limosella*	*Lysimachia.*
Scutellaria	*Ranunculus* Fl. s. 459.	
Lythrum		
Eupatorium.		

LACUS

LACUS aqua pura repletæ, fundo conſiſtenti gaudent.

Iſoëtes	*Lobelia Dortman.*	*Arundo*
Subularia	*Spongia*	*Scirpus*
Plantago monanth.	*Nymphæa*	*Elatine minim.*

STAGNA & Foſſæ fundo limoſa & aqua quieta ſunt repleta.

Chara	*Typha*	*Cicuta*
Stratiotes	*Butomus*	*Sium*
Elatine verticillat.	*Sagittaria*	*Phellandrium*
Vallisneria	*Hydrocharis*	*Rumex britann.*
Callitriche	*Nymphoides.*	*Ranunculus.* 457.

PALUDES humo lutoſa laxa & aqua referta, æſtate ſiccefcunt.

Carex	*Sceptr. carolin.*	*Myrica*
Menyanthes	*Scheuchzeria.*	*Calla.*

CESPITOSÆ Paludes, refertæ humo mixta Sphagno, tectæ tuberibus, cinctæ aqua limoſa, profunda.

Sphagnum	*Ledum*	*Lichen* Fl. ſu. 936.
Scirpus. Fl. ſu. 42.	*Tetralix*	
Eriophorum	*Andromeda*	
Rubus Fl. ſu. 413.	*Oxycoccus.*	

INUNDATA loca hyeme repleta aqua, æſtate putrida exſiccata, imbribus interdum ſuffuſa.

Peplis	*Cypripedium*	*Saccharum*
Bidens	*Tamarix*	*Oryza.*
Filago. Fl. ſu. 676.		

ULIGINOSA mihi ſunt loca ſpongioſa, aqua putrida laborantia, colonis inviſa, nec ſegetis, nec fœni proventui apta, innoteſcentia propriis plantis.

Primula Fl. ſu. 162.	*Pedicularis*	*Ulmaria*
Valeriana Fl. ſu. 31.	*Anthericum oſſifr.*	*Comarum*
Cynoſurus Fl. ſu. 82.	*Potentilla frutic.*	*Pinguicula*
Aira Fl. ſu. 71.	*Vaccinium* 312.	*Burmannia*
Cardamine F. ſu. 562.		*Selinum paluſtre.*

ALPES, Montes altiſſimi, intrantes Aëris ſecundam regionem. Arboribus ſpoliati, ſummis cacuminibus nive perenni tectis, convallibus humo ceſpitoſa repletis.

Dryas	*Pediculares alp.*	*Crocus*
Sibbaldia	*Ranunculi alp.*	*Soldanella*
Diapenſia	*Arbutus* Fl. ſu. 340.	*Betula nana.*
Azalea	*Alchemilla* digit.	*Silene* Fl. ſu. 368.
Andromedæ.	*Rumex.* Fl. ſu. 294.	*Veronica* Fl. ſu. 13.
	Bartſia. 575.	*Viola* Fl. ſu. 720.
	Thalictrum Fl. ſu. 455.	*Gentiana* F. ſ. 20. 204.

RUPES conſtant petris, muriſve præruptis aridiſſimiſque.

Aira. Fl. ſuec. 64.	*Polygonatum*	*Capparis*
Aloë	*Aſclepias*	*Cymbalaria*
Meſembryanthem.	*Melica*	*Clinopodium*
Sedum.		*Origanum.*

MONTES & Colles ſabuloſi, aridi, ſteriles, aquam vix admittunt.

Aſperula cynanch.	*Joſione*	*Gnaphalium*
Oreoſelinum	*Carlina*	*Vaccinia rubra.*
Arnica.	*Cneorum*	*Veronica maj.*
	Lithoſpermum	*Melampyr.* F. ſ. 510.

CAMPI aprici ventibus expoſiti, ſicci, aſperi ſunt.

Artemiſia campeſtris.	*Buphthalmum*	*Gentianella*
Pulſatilla	*Adonis lutea*	*Daucus*
Stellaria	*Medicago falcat.*	*Bellis*
Theſium	*Uva urſi*	*Locuſta*
Draba	*Myoſotis*	*Echium.*

SYLVÆ umbroſæ terra ſabuloſa ſterili refertæ.

Hypnum 872.	*Pyrolæ*	*Empetrum*
Linnæa	*Trientalis*	*Erica*
Sibthorpia	*Pulſatill. ſylv.*	*Melampyrum* F. ſ. 514.
		Solidago.

NEMORA ad radices montium, inter Lucos, humo ſpongioſa tecta, umbroſa ſemper, exhalantia continuo aërem humidiuſculum, ventis minime expoſitum, Plantas Vernales, frigoris & caloris impatientes, alunt.

Lathræa	*Hepatica*	*Actæa*
Martynia	*Anemone*	*Aſarum*
Dentaria	*Pulmonaria*	*Galanthus*
Adoxa	*Orobus vern.*	*Leucojum*
Oxalis	*Paris*	*Agrimonoides*
Fumaria bulboſa	*Daphne*	*Amomum*
Lunaria	*Prenanthes*	*Struthiopteris*
Impatiens	*Mercurialis*	*Convallaria vertic.*
Cardamine Fl. ſ. 561.	*Allium urſin.*	*Galeobdolon*
Milium	*Chryſoſplenium.*	*Alſine* Fl. 371.
Epimepium	*Aſperula odor.*	*Sanicula*
Melampyrum Fl. 512.	*Ranunculus Ficar.*	*Cyclamen.*

PRATA

PRATA Herbis luxuriantia, campis depreſſis, convalibuſque conſtant.

a. Fertilia	*b.* Exſucca	*c.* Humidiuſcula
Lotus	*Briza*	*Alopecurus* F. 52.
Trifolium rubr.	*Lagopus*	*Succiſa.*
Scorzonera	*Hypochæris*	*Lychnis paluſtr.*
Campanula	*Lilium convall.*	*Geum paluſtr.*
Millefolium	*Viſcaria*	*Fritillaria*
Rhinanthus	*Biſtorta ſobolif,*	*Thalictrum* F. ſ. 453.
Linum cathartic.	*Agrimonia*	*Opulus*
Lathyrus lut.	*Helianthemum*	*Frangula*
Melampyr 513.	*Geranium ſangv.*	*Dulcamara*
Galium luteum	*Arnica.*	*Clymenum pariſ.*
Ranunculus acr.		*Parnaſſia.*

PASCUA differunt a pratis, quod ſteriliora, ſicciora & magis ſabuloſa.

Tormentilla	*Euphraſia*	*Ranunculus lanceol.*
Pimpinella	*Brunella*	*Poa.* Fl. ſuec. 78.
Sagina.		

ARVA conſtant agris requietis:

Aira F. ſ. 72.	*Eryſimum* F. ſ. 555.	*Chæmæpithis*
Aphanes	*Tribulus*	*Leontice*
Anagallis	*Scandix*	*Lathyr. tuberoſus.*
Myoſotis	*Myoſurus*	*Ononis*
Rumex hoſtat.	*Anthemis*	*Thlaſpi.*
Campanula Rap.		
Fumaria vulg.		

AGRI terra ſubacta læta gaudent.

Chryſanthemum ſeget.	*Vicia Cracca*	*Lycopſis*
Ranunculus echinatus	*Androſace major*	*Conium*
Melampyr ſeget.	*Convolvulus*	*Siſon*
Galeopſis	*Helxine ſcand.*	*Anethum.*
Sinapis arvenſ.	*Bromus* Fl. 84.	*Nigella*
Napus	*Lolium annuum*	*Pſyllium*
Hypecoum	*Triticum* Fl. 105.	*Adonis.*
Agroſtemma	*Stachys paluſtr.*	
Cyanus		
Delphinium		

VERSURÆ

VERSURÆ f. Margines agrorum, tanquam prata ſtercorata conſiderantur.

Feſtuca Fl. ſuec. 91.		Pomaria
Lolium perenne	*Anchuſa*	*Ægopodium*
Scabioſa.	*Cerinthe*	*Chærophyllum.*
Cichorium.	*Heliotropium*	*Chelidonium.*

CULTA in Hortis Terra, ſubacta, mixta fertiliſſima, promovet plantas Hortulanis inviſas, inter olera luxuriantes.

Urtica annua	*Aparine*	*Sonchus*
Alſine vulg.	*Æthuſa*	*Euphorbia annua*
Chenopodium		*Lamium.*

FIMETA ex ſtercore animalium congeſta:

Urtrica maj.	*Xanthium*	*Raccinus*
Perſicaria	*Blitum*	*Datura.*
Aſperugo		

RUDERATA juxta domos, habitacula, vias ac plateas.

Hyoſcyamus	*Solanum*	*Cynogloſſum*
Abſinthium	*Ballote*	*Lappula*
Chenopodium 209.	*Marrubium*	*Caucalis*
Plantago	*Cardiaca*	*Poylgonum.*
Verbaſcum	*Eryſimum* Fl. 554.	

TERRÆ plantis faventes, ſunt *Humus*, *Arena*, *Agilla* & *Creta*.

HUMUS tenuiſſima eſt plantarum alimentum primarium, obſervante *Kylbelio*.

Plantæ itaque pleræque humo delectantur, ubi conſtat experimento Hortulanorum.

ARENA ſicca, friabilis, ſiticuloſa eſt.

a. Arena morbilis. S. N. 2.	*b.* Arena farinacea. S. N. 1.
Arundo Fl. 102.	*Erica*
Elymus Fl. 106.	*Pinus*
Carex Fl. 749.	*Iberis* Fl. ſu. 536.
c. Arena vulgaris.	*d.* Arena ſabuloſa, montoſa.
Aſparagus	*Herniaria*
Scleranthus	*Digitalis*
Peganum	*Acinos*
Ornithopus	*Serpillum*
Ulex	*Androſace.* Fl. ſu. 160.
Ceratocarpus	*Radiola.*

ARGILLA tempeſtate humida unctuoſa, ſicca autem tempeſtate indurata eſt.

Thlaſpi

Thlaspi Fl. su. 531. *Medicago* Fl. su 621. *Hormium glutinos*.
Papaver Rœas *Tragopogon* *Anthyllis*.
Blattaria.

Persiccaria amphib.

CRETA in collibus siccissimis, aridissimis:
Hippocrepis *Verbena* *Reseda vulgaris*
Onobrychis *Campanula* H. cliff. 4. *Cheiranth. luteus*.
Trifol. capit. asp.

Dignoscitur sic ex sola inspectione plantarum subjecta terra & solum.

Potentilla vulgaris colorem argenteum foliorum induens, indicat in terra latentem argillam.

Melampyrum Fl. s. 510. montosa
\- - - - - - 511. argos
\- - - - - - 512. nemora
\- - - - - - 513. prata
\- - - - - - 514. sylvas
Pedicularis F. suec. 504. uliginosa
Aira Flor. suec. 71. turfas indicat.

335. Tempus Vigendi, Germinandi, Frondescendi, Efflorescendi, Vigilandi, Fructescendi, Defoliandi indicat Clima.

GERMINATIO est tempus, quo Semina terræ mandata eadem excludunt, in cotyledonum proventum, de quo p. 112.

Winkler. C. K. Chronica Herbar.

Dieb. 3. *Napus*, *Eruca*, *Blitum*.
4. *Anethum*.
5. *Lactuca*.
6. *Raphanus*, *Cucumis*.
7. *Hordeum*.
8. *Atriplex*.
15.20. *Faba*.
19.20. *Cæpa*.
40.50. *Apium*.

Rudbeck. propag. plant. 54.

Dieb. 1. *Milium*. *Triticum*.
3. *Faba*, *Sinapis*, *Rapa*. *Spinachia*, *Phaseolus*.
4. *Lactuca*.
5. *Cucumis*, *Cucurbita*, *Nasturtium*.

6. *Beta*

6. *Beta.*
10. *Brassica.*
30. *Hissopus.*
40. *Petroselinum.*
Anno. 1. *Persica*, *Amygdalus*, *Juglans*, *Castanea*, *Pæonia*.
2. *Cornus*, *Avellana*.

FRONDESCENTIA est tempus æstatis, quo species singulæ plantarum prima Folia explicat. e. g.

1748. Upsaliæ	1749. Upsaliæ.	1750. Landscronæ
April. 28. *Ribes* F. 195.	April. 29. *Ribes* 195.	Feb. 26. *Grossularia*
Maji 4. *Padus* 396.	Maji 2. *Syringa* H. 6. 1	Mart. 8. *Sambucus*
10. *Evonymus* 133.	3. *Betula* 776.	9. *Ribes rub.*
11. *Spiræa* Hort. 1.	4. *Padus* 396.	10. *Philadelp.*
12. *Cratægus* 7.	6. *Fagus* 785.	11. *Syringa*
Populus 819.	8. *Tilia* 432.	12. *Rosa*
13. *Sambucus* 150.	10. *Quercus* 784.	13. *Oxyacant.*
17. *Quercus* 784.	12. *Carpinus* 786.	14. *Lonicera*
18. *Fraxinus* 830.		15. *Ulmus*
		16. *Ceras. Ev.*
		17. *Malus, Al.*
		18. *Cor. Opul.*
		19. *Betula Sor.*
		20. *Salix vim.*
		21. *Sal. caprea*
		24. *Carpinus*
		25 *Salix minor*
		26. *Prunus*
		27. *Pop. nigra*
		28. *Pyrus*
		April. 1. *Rham. cat.*
		2. *Vacc. nigra*
		5. *Frangula*
		7. *Esculus*
		11. *Juglans*
		12. *Tilia*
		20. *Fagus*
		22. *Populus tr.*
		25. *Acer*
		Maji 5. *Quercus*
		15. *Fraxinus.*

EFFLO.

EFFLORESCENTIA est tempus mensis, quo singulæ species plantarum primos Flores ostendunt. ex. gr. 1748. Upsaliæ.

APRILIS *Fl. suec.*

17. *Hepatica* 445.
18. *Fumaria* 585.
22. *Tussilago* 680.
23. *Daphne* 311.
24. *Pulmonaria* 156.
25. *Draba* 523.
26. *Ornithogal.* 270.
27. *Viola* 716.
28. *Pulsatilla* 446.
29. *Empetrum* 832.
30. *Anemone* 450.

MAJI.

1. *Ranunculus* 460.
2. *Tussilago* 683.
3. *Lathræa* 518.
4. *Myrica* 817.
5. *Viola* 718.
6. *Primula* 161.
7. *Glechoma* 483.
8. *Betula* 776.
9. *Caltha* 473.
10. *Oxalis* 385.
11. *Vaccinium* 313.
12. *Fraxinus* 830.
13. *Viola* 719.
14. *Androsace.* 160.

MAJI.

15. *Draba* 526.
16. *Leontodon* 627.
17. *Saxifraga* 350.
Orobus 595.
18. *Adoxa* 326.
Alchemilla 155.
19. *Chelidonium* 430.
Fragaria 414.
Convallaria 274.
20. *Fritillaria* 81 : 1.
Cynosurus 82.
21. *Actæa* 431.
Menyanthes 163.
Paris 325.
22. *Primula* 162.
23. *Convallaria* 273.
Trientalis 302.
Orobus 596.
Lonicera 192.
24. *Pyrus* 130. 1.
Pyrus 130. 2.
25. *Statice* 253.
Polygola 586.
Lotus 609.
Trifolium 615.
Ranunculus 469.
Chærophyllum 243.

MAJI.

26. *Triglochin* 299.
27. *Pinus* 788.
Juniperus 824.
28. *Potentilla* 419.
Cynoglossum 154.
Hyoscyamus 184.
Erysimum 558.
29. *Berberis* 290.
Syringa 6 : 1.
30. *Ledum* 341.
Vaccinium 312.
Asclepias 200.
Sorbus 400.
Geranium 571.
Dentaria 565.
Ranunculus 472.

JUNII.

1. *Geum* 423.
Gnaphalium 671.
Pyrola 334.
Thymus 477.
Potentilla 415.
Bryonia 790.
Nymphæa 426.
2. *Anchusa* 153.
&c. &c.

Cardui varii non florent antequam Solstitium absolutum est.
Parnassia fœnisecii præco est.
Colchicum autumni & gelu nuncia est.

VIGILIÆ plantarum absolvuntur determinatis *horis* diei, quibus plantæ flores quotidie aperiunt, expandunt & claudunt.

Solares Flores dicuntur, qui determinatum hoc tempus sese explicandi & claudendi observant; sunt hi triplices.

1. *Meteorici* flores solares, qui minus adcurate observant horam explicationis, sed prius vel serius aperiuntur pro ratione Umbræ, Aëris humidi vel sicci, Atmosphæræ pressione majori aut minori.

2. *Tropici*

2. *Tropici* mane aperiuntur & ante vesperam recluduntur quotidie, sed hora explicationis adscendit vel descendit, uti dies adcrescit aut decrescit; adeoque observant horas Turcicas s. inæquales.

3. *Æquinoctiales* flores aperiuntur certa & positiva diei hora, & plerumque etiam determinata hora quotidie recluduntur. Observant hi horas Europæas s. æquales.

Vigiliæ Florum solarium vulgatissimæ sunt

		Fl suec. & *H. upf.*		oritur,	occidit.
1.	Leontodon	627.	*Taraxacum*	5. 6.	-- 8. 9.
2.	-- --	628.	*Taraxaconoides*	4.	-- -- 3.
3.	-- --	629.	*Chondrilloides*	7.	-- -- 3.
4.	Hypochæris	631.	*pratensis*	6.	-- -- 4.5.
5.	-- --	1.	*hispida*	7. 8.	-- -- 2.
6.	-- --	2.	*Chondrilloides*	9.	-- 12. 1.
7.	Hieracium	635.	*Pilosella*	8.	-- -- 2.
8.	-- --	637.	*Pulmonaria*	6. 7.	-- -- 2.
6.	-- --	639.	*fruticosum*	6.	-- -- 5.
10.	-- --	1.	*latifolium*	7.	-- -- 1.2.
11.	-- --	3.	*rubrum*	6. 7.	-- -- 3.4.
12.	Crepis	640.	*tectorum*	4. 5.	-- 10.12.
13.	-- --	1.	*alpina*	5. 6.	-- 11.
14.	-- --	6.	*rubra*	6. 7.	-- -- 1.2.
15.	Picris	1.	*magna*	4. 5.	-- 12. 9.
17.	Sonchus	642.	*repens*	6. 7.	-- 10.12.
17.	-- --	643.	*lævis*	5.	-- 10.12.
18.	-- --	644.	*lapponicus*	7.	-- 12.
19.	-- --	1.	*belgicus*	6. 7.	-- -- 2.
20.	Lactuca	1.	*sativa*	7.	-- 10.
21.	Scorzonera	3.	*tingitana*	4. 6.	-- 10.
22.	Tragopogon	648.	*luteum*	3. 5.	-- 9. 10.
23.	-- --	3.	*Columnæ*	5. 6.	-- 11.
24.	-- --	4.	*Dalechampii*	6. 7.	-- 12. 4.
25.	Lapsana	1.	*Rhagadiolus*	5. 6.	-- 10. 1.
26.	-- --	4.	*Rhagadioloides*	7. 8.	-- -- 2.
27.	-- --	3.	*glutinosa*	5. 6.	-- 10.
28.	Cichoreum	650.	*scanense*	4. 5.	
29.	Nymphæa	427.	*alba*	7.	-- -- 5.
30.	Calendula	712.	*arvensis*	9.	-- -- 3.
31.	-- --	2.	*africana*	7.	-- -- 3.4.
32.	Papaver	4.	*nudicaule*	5.	-- -- 7.

S 33. He-

33.	Hemerocallis	α.	*fulva*	5.		--	--	7.	8.
34.	Convolvulus	2.	*rectus*	5.	6.	--	--		
35.	Malva	4.	*helvula*	9.	10.	--	--	1.	
36.	Alyssum		*Alyssoides* T.	6.	8.	--	--	4.	
37.	Anthericum	267.	*album*	7.		--	--	3.	4.
38.	Arenaria	376.	*purpurea*	9.	10.	--	--	2.	3.
39.	Anagallis	169.	*rubra*	8.					
40.	-- --	1.	*cærulea*	7.	8.				
41.	Portulaca	1.	*hortensis*	9.	10.	--	11.	12.	
42.	Dianthus	7.	*prolifer*	8.		--	--	1.	
43.	Mesembryanth	1.	*barbatum*	7.	8.	--	--	2.	
44.	-- --	2.	*crystallinum*	9.	10.	--	--	3.	4.
45.	-- --	10.	*neapolitanum*	10.	11.		--	3.	
46.	-- --	5.	*linguiforme*	7.	8.	--	--	3.	
				).		).	☾.		☾:

Horologium Floræ ex sequenti tabula formandum, postquam meteorici & Tropici flores exclusi sunt, de quibus alibi.

☽ ☾
3. – Tragopogon *luteum* 22.
.4 – Leontodon *Taraxonoid.* 2.
4.5. Picris *magna* 15.
— – Cichoreum *scanense* 28.
— – Crepis *tectorum* 12.
.6 – Scorzonera *tingitana* 21.
5. – Sonchus *lævis* 17.
— – Leontodon *Taraxacum* 1.
— – Crepis *alpina* 3.
— – Tragopogon *Columnæ* 23.
— – Lapsana *Rhagadiolus* 25.
— – *glutinosa* 27.
— – Convolvulus *rectus* 34.
6. – Hypochœris *pratensis* 4.
— – Hieracium *fruticosum* 9.
° – *Pulmonaria* 8.
— – Crepis *rubra* 14.
— – Sonchus *repens* 16.
.7 – *belgicus* 19.
7. – Leontodon *Chondrilloid.* 3.
— – Hieracium *latifolium* 10.
— – Sonchus *lapponicus* 18.

☽ ☾
— – Lactuca *sativa* 20.
— – Calendula *africana* 31.
— – Nymphæa *alba* 29.
— – Anthericum *album* 37.
8. – Hypochœris *hispida* 5.
— – Lapsana *Rhagadioloides* 26.
— – Mesembryant *barbat.* 43.
9. – Hieracium *Pilosella* 7.
— – Anagallis *rubra* 39.
— – Dianthus *prolifer* 42.
–8.9. Leontodon *Taraxacum* 1.
9. – Hypochœris *Chondrilloid* 6.
10 – Malva *helvola* 35.
— – Arenaria *purpurea* 38.
— – Mesembr. *crystallinum* 44.
–10. Lapsana *glutinosa* 27.
— – Lactuca *sativa* 20.
— – Scorzonera *tingitana* 21.
10.11. Mesembr. *neapolit.* 45.
–11. Crepis *alpina* 13.
— – Tragopogon *Columnæ* 23.
–12. Sonchus *lævis* 17.
–12. *lapponicus* 18.

Hypo-

☽. ♂

-- 1.Hypochœris *Chondrill.* 6.
--- - Malva *helvula* 35.
--- - Dianthus *prolifer* 42.
-- 2 Hieracium *latifolium* 10.
--- - Crepis *rubra* 14.
-- 2.Hypochœris *hiſpida* 5.
--- - Hieracium *Pulmonaria* 8.
--- - Sonchus *belgicus* 19.
--- - Lapſana *Rhagadioloid.* 20.
--- - Meſembr. *barbatum* 43.
-- 3 Arenaria *purpurea* 38.
-- 3 Leontodon *Chondrilloid.* 3.
--- - Calendula *arvenſis* 30.
-- 3 Meſembr. *neapolit.* 45.
--- - *linguiform.* 46.
-- .4 Hieracium *rubrum* 11.
--- - Meſembr. *cryſtallin.* 44.
--- - Calendula *africana* 31.
--- - Anthericum *album* 37.
--4. Alyſſum *Alyſſoides* 36.
-- .5 Hypochœris *pratenſis* 4.
-- 5. Hieracium *fruticoſum* 9.
--- - Nymphæa *alba* 29.
--7. Papaver *nudicaule* 32.
-- .8 Hemerocallis *fulva* 33.

Calendula africana Hort. upſ. 274. n. 2. vigilias ſubit inter horam ſextam & ſeptimam matutinam, vigilans in horam pomeridianam quartam, ſi tempeſtas diei fuerit ſicca; at vero ſi vigilias non adſumat, ſeu non aperiat flores hora ſeptima matutina, *pluviæ* hac die cadent, conſtanti lege; imbres autem ex tonitru evitare non facile didiſcit.

Sonchus ſibiricus ſi noctu claudatur, proxima dies plerumque ſerena erit, ſi vero aperto flore per noctem vigilet, inſequens dies plerumque erit pluvioſa.

Dormientes per noctem plantas, foliis conniventes, tetigimus §. 133.

FRUCTESCENTIA comprehendit tempus, quo ſemina matura diſpergunt Plantæ.

HORDEUM floſculis omnibus hermaphroditis, ſeminibus corticatis. Hort. *upſ.* 22.

1732. Lapponia.	1750. Upſaliæ.	Matureſcit
Satum *Maji* 31.	Satum *Martii* 6.	*Uplandia* 110.
Diſſec. *Julii* 28.	Diſſec. *Auguſti* 4.	*Scania* 90.
Maturuit dieb. 58.	*Maturuit* dieb. 155.	*Lapponia* 60.

Matureſcit Hordeum citius in auſtrali Scania & Boreali Lapponia, quam in intermedia Uplandia.

DEFOLIATIO eſt tempus autumnale, quo arbores folia dejiciunt, eoque indicant progreſſum autumni & inſequentis hyemis.

Fraxinus inter primas defoliatur & inter ultimas frondeſcit.
Colchici primi flores obſervandi.

VIGENDI tempus comprehendit annos, quibus plantæ vivunt: facile anni numerantur vel ex circulis concentricis f. ex annulis resinosis in Caudice detruncato.

Annulis resinosis f. internis plerique Trunci numerantur.
Quercus Œlandiæ nata 1581, ætate 160. it. *œland.* 68.
Pinus Wermelandica nata 1337. ætate 409. it *w. goth.* 247.

Ramis annotinis numerantur ætates Pini, Cedri, Mali, Pyri, &c.

Chronica hyemum intensiorum aut remissiorum ex annulis internis datur in plerisque arboribus, præsertim in Quercu.

Botanici hucusque in plantarum numerosissimarum dignotione occupati & objectorum varietate inundati, nequivere more astronomorum observationes instituere, licet inferiora sequi, longe tamen majorem publico usum suis observationibus subministraturi.

Calendaria Floræ quotannis conficienda sunt in quavis Provincia secundum Frondescentiam, Efflorescentiam, Fructescentiam, Defoliationem, observato simul Climate, ut inde constet diversitas Regionum inter se.

Horologia Floræ sub quovis Climate elaboranda sunt secundum Vigilias plantarum, ut quivis sine horologio aut sole horam diei enumeratam habeat.

Mappæ vegetantes, quæ indicant ubique Regionem, Clima & Terram.

Usus ex prædictis resultaret de Natura Telluris summus.

Clima ex progressu anni secundum Frondescentiam & Defoliationem, unde Calor Frigusque loci summum, notissimum Botanico erit.

Thermometrum Botanicum erit nostrum, cujus punctum *congelationis* O, Calor vero *aquæ coquentis* 100.

Autumnales plantæ sunt *Virginicæ*, quæ florent lætissime Septembri & Octobri, cum æstas sit ipsis in patria gratissima, adeoque in Suecia difficillime semina maturant.

Brumales sunt *Capenses*, quarum flores calore grato sub ipsa Bruma provocantur, dum æstas in patria regnat, alias frustra proliciendi.

Vernales sunt *Alpinæ* omnes, cum in Alpibus hyems excipiat ver, vix gustata æstate, adeoque citissime florescant & fructescant.

Bise-

Biferæ, quæ bis in anno florent, vere fcilicet & autumno, more patrio, uti *Indicæ* facile omnes intra Tropicos.

Frigidæ gradum caloris trigefimum vix ferunt, uti

Alpinæ	*Germanicæ*
Sibiricæ	*Belgicæ*
Canadenfes	*Anglicæ*
	Gallicæ fupra Parifios

Temperatæ hyemes viginti octo graduum frigoris non ferunt:

Narbonenfes	*Italicæ*
Lufitanicæ	*Syriacæ.*
Hifpanicæ.	

Calidæ ferunt Caloris gradum quadragefimum, fed frigoris graduodecimo fuffocantur.

Indiæ orient.	*Ægyptiacæ*
Americes merid.	*Canarienfes.*

Frigidæ in Calido primum luxuriant, mox flaccefcunt, pereunt.
Calidæ in Frigido crefcere ceffant, defoliantur, fterilefcunt.

XII. VIRES.

336. VIRES plantarum a *Fructificatione* (86) desumat Botanicus (7), observato Sapore (365), Odore (362), Colore (364) & Loco (357).

Auctores sententiæ fuere *Hermannus*, R. J. *Camerarius*, *Hoffmannus*, & alii.

Dissertatio de *Viribus plantarum* a F. Hasselquist Upsaliæ 1747. propugnata, hoc de Viribus Caput explicat.

Falsæ sunt veterum Theoriæ de viribus plantarum ex *Astrologia* §. 47. *Signatura* §. 47. *Chemia* §. 48.

Probant Ordines naturales veritatem aphorismi. §. 77.

337. Plantæ, quæ *Generé* conveniunt (165), etiam virtute conveniunt; quæ *Ordine* Naturali (77) continentur, etiam virtute propius accedunt; quæque *Classe* naturali congruunt, etiam viribus quodammodo congruunt.

GENERE convenientes easdem possident vires:

Convolvuli; *Scammonium*, *Mechoacanna*, *Turpethum*, *Soldanella*.

Allia: *Moly*, *Porrum*, *Cæpæ*, *Victorialis*.

Lauri: *Cinnamomum*, *Malabathrum*, *Cassia*, *Camphora*, *Sassafras*, *Benzoë*.

Euphorbiæ: *Esula*, *Cataputia*, *Tithymalus*.

Artemisiæ: *Abrotanum*, *Absinthium*, *Cina*, *Seriphium*.

ORDINE naturali & viribus conveniunt.

Columniferæ: *Malva*, *Althæa*, *Alcæa*, *Gossypium*.

Scitamina: *Zingiber*, *Cardamomum*, *Galanga*, *Zedoaria*, *Costus*, *Grana paradisi*, *Curcuma*.

Orchideæ: *Orchis*, *Satyrium*, *Serapias*, *Epidendrum*.

Multisiliquæ: *Pæonia*, *Aquilegia*, *Aconitum*, *Delphinium*, *Nigella*, *Helleborus*, *Ranunculus*, *Pulsatilla*.

Contortæ: *Apocynum*, *Cynanche*, *Asclepias*, &c.

CLAS-

CLASSE & viribus congruunt:

Gramina,	*Tricoccæ*,	*Papilionaceæ*;
Compositæ,	*Sarmentaceæ*,	*Lamentaceæ*,
Umbellatæ,	*Oleraceæ*,	*Siliquosæ*,
	Filices,	*Verticillatæ*.

338. GRAMINUM (77 : 14) Folia Pecoribus & Jumentis læta pascua; Semina minora avibus, majora hominibus esculenta sunt.

Folia graminum primarium pabulum animalibus phytivoris.

Semina minora *Phalaridis*, *Panici*, *Milii*, sunt gratissima passeribus & gallinis.

Cerealia sunt Semina majora graminum, quæ hominibus quotidie in cibum veniunt: *Oryza*, *Triticum*, *Secale*, *Hordeum*, *Avena*, *Milium*, *Panicum*, *Holcus*, *Zizania*, *Mays*: excepto forte solo *Lolio*, nisi arte præparato.

339. Stellatæ (77 : 44) diureticæ sunt.

Exempla: *Rubia*, *Asperula*, *Aparine*, *Galium*.

340. Asperifoliæ (77 : 43); magis minusve oleraceæ; mucilaginosæ & glutinosæ sunt.

Oleraceæ: *Anchusa*, *Borrago*, &c.

Mucilaginosæ præcipue *Consolidæ majoris* Radix, quæ inter glutinosa primaria est.

341. Luridæ (77 : 33) sunt plantæ suspectæ.

Fœtida: *Solanum*, *Hyoscyamus*, *Nicotiana*, *Atropa*, *Mandragora*, *Datura*.

Dementantes & Narcoticæ: *Atropa*, *Mandragora*, *Nicotiana*, *Hyoscyamus*, *Melongena*, *Lycopersicon* apud nostrates.

Corrosivum maxime: *Capsicum*.

342. UMBELLATÆ (77 : 22) in siccis aromaticæ, calefacientes & pellentes; in aquosis autem Venenatæ sunt; radice & seminibus pollent.

Aquoſo loco natæ, & venenatæ ſunt *Cicuta*, *Œnanthe*, *Siſon*, *Phellandrium*, *Apium paluſtre*.

Pellentes ſudorem, urinam, flatus, menſes, Lac, ſunt *Aſſa fœtida*, *Leviſticum*, *Angelica*, *Imperatoria*, *Pimpinella*, *Peucedanum*, *Opopanax*, *Galbanum*, *Carvi*, *Cyminum*, *Daucus*, *Meum*, *Fœniculum*.

343. HEXANDRIÆ (68) radices ſecundum ſaporem & odorem edules aut noxiæ ſunt.

EDULES ſunt Radices inodoræ: *Martagon*, *Tulipæ*, *Ornithogali*.

VENENATÆ ſecundum odorem viroſum ſunt *Glorioſa*, *Scilla*, *Hyacinthus*, *Anthericum*, *Leucojum*, *Narciſſus*, *Corona imperialis*.

344 BICORNES (77 : 24) adſtringunt, ſed Baccæ acidæ eſculentæ ſunt.

Adſtringunt: *Erica*, *Pyrola*, *Vaccinium*, ſed maxime *Uva urſi*.

Baccæ acidæ & eſculentæ in hac gente ſunt *Vaccinia*, *Myrtilli*, *Oxycocci*, *Uvæ urſi*, *Arbuti*, *Guajacanæ*, *Melaſtomæ*.

345. ICOSANDRIÆ (68) fructus pulpoſus eſt eſculentus.

Pulpoſi fructus in hac claſſe ſunt:

Pomacei 77 : 37. : *Mala*, *Pyra*, *Granata*, *Cratægi*, *Meſpila*, *Sorba*, *Ribes*.

Senticoſi 77 : 35 : *Cynosbata*, *Ruba*, *Fraga*.

Drupacei 77 : 38 : *Amygdala*, *Perſica*, *Pruna*, *Armeniaca*, *Ceraſa*.

Arbuſtivi 77 : 39. *Guajava*, *Eugenia*.

346. POLYANDRIA (68) plerumque venenata eſt.

Multiſiliquæ 77 : 23 : *Aconitum*, *Anthora*, *Aquilegia*, *Staphisagria*, *Delphinium*, *Helleborus*, *Apium riſus*, *Clematis*, *Pulſatilla*, *Pæonia*.

Rhoeades 77 : 30 : *Papaver*, *Chelidonium*, *Actæa*.

Aliæ: *Euphorbia*, *Cambogia*, *Peganum*.

347. VER-

347. VERTICILLATÆ (77 : 58) ſunt fragrantes, nervinæ, reſolventes & pellentes; Folia virtute pollent.

Fragrantiſſimæ: *Marum*, *Dictamnus*, *Satureja*, *Thymus*; *Origanum*, *Majorana*, *Ocymum*, *Pulegium*, *Mentha*, *Meliſſa*, *Lavandula*, *Roſmarinus*, *Salvia*, *Hormium*, *Sclarea*.

Fragrantes actione in nervos reſolvunt.

Pellunt flatus, menſes, Lac, Genituram.

348. SILIQUOSÆ (77 : 57) aquoſæ, acres, incidentes, abſtergentes, & diureticæ ſunt, exſiccatione imminuitur virtus.

Exſiccatione cum virtus imminuatur, vivæ itaque a Medicis ſunt abhibendæ.

Incidentia attenuant viſcida acredine, hinc tumores œdematoſos & frigidos reſolvunt: *Cochlearia*, *Armoracia*, *Siſymbrium*, &c.

349. COLUMNIFERÆ (77 : 34) mucilaginoſæ, lubricantes, obtundentes & maturantes ſunt.

Lubricant inviſcando acria in *Tuſſi*, *Stranguria*, *Nephritide*, *colica*, *Excoriatione*, adeoque *Dolores* leniunt.

Maturant emolliendo.

350. PAPILIONACEORUM (77 : 55) Folia Jumentis & Pecoribus, Semina variis animalibus eſculenta, ſunt farinacea & flatulenta.

Flatulenta & eſculenta ſunt *Fabæ*, *Viciæ*, *Piſa*, *Phaſeoli*, *Ciceres*, *Lentes*.

Quadrupedibus præſtantiſſimum pabulum ſuppeditant *Trifolium*, *Medicago*, *Trigonella*, *Hedyſarum*, *Vicia*, *Lotus*, *Lathyrus*.

351. SYNGENESIA (68) Compoſitorum (77 : 21) in Medicina receptiſſima, communiter amara eſt.

Amara: *Eupatorium*, *Tanacetum*, *Balsamita*, *Santolina*; *Absinthium*, *Abrotanum*, *Artemisia*, *Ageratum*, *Matricaria*, *Chamomilla*, *Cotula*, *Acmella*, *Auricula muris*, *Taraxacum*, *Cichoreum*, *Carduus mariæ*, *Carlina*, *Carduus benedictus*.

352. ORCHIDEÆ (77 : 4) sunt aphrodisiacæ.

Aphrodisiacæ inter primaria sunt *Vanilla* americanorum; *Salep* orientalium, *Satyrium* Europæorum.

353. CONIFERÆ (77 : 15) sunt resiniferæ & diureticæ:

Resiniferæ sunt omnes, adeoque & sempervirentes.

Diureticæ, urinam violaceam reddentes, sunt *Terebinthina*, *Juniperus*, *Sabina*, *Olibanum*, *Pinus*, *Abies*, *Cupressus*.

354. CRYPTOGAMIA (68) Vegetabilia sæpius suspecta continet.

Filices (77 : 64.) odore gravi ingratæ sunt.
Musci (77 : 65.) itidem ingrate olent.
Algæ (77 : 66.) paucissimæ esculentæ sunt, & plures purgant.
Fungi (77 : 67.) anceps cibus Plinio.

255. Plantæ floribus nectario a petalis distincto (110) communiter venenatæ sunt.

Nectaria distincta observantur in *Aconito*, *Helleboro*, *Aquilegia*, *Nigella*, *Parnassia*, *Epimedio*, *Clutia*, *Kiggelaria*, *Hyacintho*, *Stapelia*, *Asplepiade*, *Mirabili*, *Nerio*, *Narcisso*, *Zygophyllo*, *Dictamno*, *Meliantho*; quæ omnes venenatæ.

254. LACTESCENTES plantæ communiter venenatæ sunt, minus autem semiflosculosæ (77 : 21. a).

Lactescentes venenatæ sunt pleræque.

Contor-

Contortæ 77:29.	Rhoeades 77:30.	Tricoccæ 77:47.	Variæ.
Rauwolfia	*Papaver*	*Euphorbia*	*Rhus*
Thevetia	*Argemone*	*Cambogia*	*Ficus*
Cerbera	*Chelidonium*	*Dalechampia*	*Acer*
Plumieria	*Bocconia*	*Jatropha*	*Melia*
Tabernæmont.	*Sanguinaria*		*Agarici.*
Periploca			
Apocynum			
Cynanchum			
Ceropegia			
Asclepias.			

Semiflosculosæ (77: 21. *a.*) lactescentes vix venenatæ sunt: *Prenanthes*, *Chondrilla*, *Hieracium*, *Crepis*, *Hypochœris*, *Picris*, *Hyoseris*, *Leontodon*, *Tragopogon*, *Lactuca*, sed sunt etiam Lactucæ species aculeatæ virosæ, maxime venenatæ.

Campanulaceæ (77: 32) sunt partim venenatæ, uti *Lobelia*: partim vix noxiæ, uti *Campanula*.

357. Locus *siccus* sapidiores, *succulentus* insipidas magis, *aquosus* sæpius corrosivas reddit.

Aquaticæ plurimæ plantæ acres & corrosivæ sunt: *Ranunculus*, *Calla*, *Nymphæa*, *Sium*, *Phellandrium*, *Cicuta*, *Persicaria*, *Armoracia*, *Sisymbrium*.

Vernales hanc ob caussam etiam plurimæ acres.

Succulento solo natæ plantæ magis insipidæ: ut *Olera* pleraque.

Sicco solo proveniunt præstantissima aromata: *Cinamomum*, *Rosmarinus*, *Thymus*, *Salvia*, *Origanum*, *Clinopodium*, *Hyssopus*. *Lavandula*, *Melissa*, *Caryophyllus*.

Aromata sapidissima sunt sicca & plantæ exsiccatæ evadunt sapidiores.

Fructus horæi in humidis & umbrosis austeriores, in siccis & soli expositis dulciores evadunt.

358. QUALITATES plantarum, in quibus vires subsistunt, indicat *Sapor*, *Odor*, *Color*.

Sensus externi sunt instrumenta naturalia, quibus explorantur plantarum qualitates.

Insipida & *inodora* vim medicam vix excercent.

Sapidissimæ & *odoratissimæ* vero semper maximam vim possident.

Destru-

Deſtructo ſapore & odore in plantis etiam vis caſtratur, ut in Fœculis & Magiſteriis *Callæ*, *Ari*, *Jatrophæ*, *Elaterii*.

Maſticatione vires a ſapido provenientes optime explorantur.

359. *Sapidæ* & *Suaveolentes* bonæ ſunt, *Nauſeoſæ* & *Graveolentes* venenatæ ſunt.

Notiones hæ ſenſibus omnium animalium inſcriptæ ſunt ſecundum texturam cujuſque corporis.

Graveolentes malæ ſunt: *Fungi*, *Cotula*, *Sambucus*, *Actæa*, *Aconitum*, *Helleborus*, *Veratrum*, *Aſarum*, *Anagyris*, *Solanum*, *Datura*, *Nicotiana*, *Hyoſcyamus*, *Tagetes*, *Caſſia*, *Stachis*, *Doronicum*, *Colocynthis*, *Coriandrum*, *Buxus*, *Cynogloſſum*, *Juglans*, *Opium*.

360. CONTRARIÆ qualitates contrarium effectum excercent.

Contrarii morbi contrariam cauſſam agnoſcunt, quæ exercet contrarium effectum.

Morbi ergo Morbis curantur.

361. AGUNT omnes plantæ, vel Olido in *nervos*, vel Sapido in *fibras*, vel utroque in *fluida*.

Sapida nunquam agunt in nervos, nec *Olida* in fibras muſculares.

Fluida immutantur a ſapidis, evacuantur & a ſapidis & ab olidis.

362. *Ambroſiaca* ſunt analeptica, *Fragrantia* orgaſtica, *Aromatica* excitantia, *Tetra* ſtupefacientia, *Nauſeoſa* corroſiva.

AMBROSIACA agunt uti *Ambra*, *Moſchus*, *Zibethum*.
Aſperula, *Abelmoſch*, *Geranium moſchatum*, *Malva moſchata*, *Milium*, *Aira*.

FRAGRANTIA gratiſſimo odore ſeſe commendant.
Flores *Croci*, *Cheiranthi*, *Polianthis*, *Jaſmini*, *Lilii*, *Tiliæ*, *Violæ*.

Her-

Herbæ : *Lavandula*, *Thymus*, *Majorana*, *Ocymum*, *Origanum*, *Satureja*, *Melissa*, *Marum*.

AROMATICÆ Odore & Gustu fere conveniunt.

Cinnamomum, *Laurus*, *Sassafras*, *Camphora*; *Macis*, *Cardamomum*, *Caryophyllus*, *Myristica*, *Acorus*, *Ammi*, *Angelica*, *Citrus*.

GRAVEOLENTIA singularia sunt :

Alliacea : *Allium*, *Cepa*, *Porrum*, *Alliaria*, *Scordium*; *Petiveria*, *Assa fœtida*.

Hircina : *Orchis*, *Vulvaria*, *Hieracium fœtidum*, *Geranium robertianum*.

TETRA odore ingrato notissima :

Stachys fœtida, *Cotula fœtida*, *Tagetes*, *Opium*; *Cannabis*, *Ebulus*, *Anagyris*.

NAUSEOSA quæ ingesta a natura respuuntur.

Veratrum, *Helleborus*, *Convallaria*, *Asarum*; *Nicotiana*, *Colocynthis*.

363. SAPIDA in Fluida & Solida agunt.

Dulcia	Edulcorantia	& Impinguantia,	
	Incidentia	& Corrodentia	*Acria*;
Pinguia	Obtundentia	& Emollientia,	
	Inspissantia	& Adstringentia	*Stiptica*;
Acida	Refrigerantia	& Attenuantia,	
	Balsamica	& Tonica	*Amara*;
Viscosa	Mucilaginosa	& Lubricantia,	
	Penetrantia	& Abstergentia	*Salsa*;
Aquosa	Mundificantia	& Humectantia,	
	Absorbentia	& Exsiccantia	*Sicca* sunt.

QUALITATES contrariæ.

Aquosa	& *Sicca*
Pinguia	& *Stiptica*
Acida	& *Amara*
Dulcia	& *Acria*
Salsa	& *Viscosa*.

QUALITATES conformes.

Aquosa	& *Viscosa*
Dulcia	& *Pinguia*
Acida	& *Salsa*
Acria	& *Amara*
Sicca	& *Stiptica*.

VIRES CONTRARIÆ in *fluidis*.

Mundificantia	&	*Abſorbentia*
Refrigerantia	&	*Balſamica*
Edulcorantia	&	*Incidentia*
Obtundentia	&	*Inſpiſſantia*
Mucilaginoſa	&	*Penetrantia.*

VIRES CONTRARIÆ in *ſolidis*.

Humectantia	&	*Exſiccantia*
Attenuantia	&	*Tonica*
Impinguantia	&	*Abſtergentia*
Emollientia	&	*Adſtringentia*
Lubricantia	&	*Corrodentia.*

Exempla Aquoſi :	*Aqua* ,	Sicci :	*Farina* ;
Viſcoſi :	*Gummi* ,	Acris :	*Sinapis* ,
Pinguis :	*Oleum* ,	Salſi :	*Sal* ,
Dulcis :	*Saccharum* ,	Amari :	*Bilis* ,
Acidi :	*Acetum* ,	Stiptici :	*Galla.*

364. COLOR *Pallidus* inſipidum , *Viridis* crudum , *Luteus* amarum , *Ruber* acidum , *Albus* dulce , *Niger* ingratum indicat.

LUTEA amara :
Gentiana , *Aloë* , *Chelidonium* , *Curcuma* , *Flores lutei.*

RUBER acidum :
Baccæ Oxycocci , *Berberidis* , *Ribis* , *Rubi* , *Mori.*
Poma acida , *Hippophaës* , *Sorbi* , *Roſæ* , *Ceraſi.*
Herbæ verſus autumnum rubeſcentes :
Acetoſa , *Oxalis* , *Lapathum ſanguineum* , *Braſſica.*
VIRIDIS crudum : *Folia & Fructus immaturi.*
PALLIDUS inſipidum :
Lactuca , *Cichoreum* , *Aſparagus.*
ALBUS dulce :
Ribes , *Rubus* , *Mala dulcia* , *Pruna alba.*

NIGRA ingrata & ſæpius venenata.
Baccæ , *Atropæ* , *Actææ* , *Coriariæ* , *Solani* , *Tini* , *Empetri* , *Padi.*
Acidi exploratores ſunt colores cærulei ſ. violacei , e. gr. Crotonis , violæ , aliorum vegetabilium.
Cærulei colores ab acido rufeſcunt , ab alcali affuſo vireſcunt.

Papyro

Papyro cærulea ufus eſt Tournefortius, quæ ab affuſo ſucco plantæ mutata indicabat ejuſdem qualitatem acidam aut alcalinam.

365. ŒCONOMICUS Uſus plantarum generi humano utiliſſimus eſt.

Uſuales plantas pro *Pane*, *Cibo*, *Potu*, *Ædificiis*, *Utenſilibus*, *Inſtrumentis*, *Opificiis*, *Tincturis* probe obſervet ubique locorum Botanicus & deſcribat.

Flora Œconomica ejuſmodi nonnulla collegit.

Itinera noſtra Œlandicum, Gothlandicum, Weſtro-gothicum, Scanicum, varia ſuppeditarunt.

Uſus plantarum pro *pabulo* enimalium ſollicite inquirendus. *Pan ſuecicus* hujus fundamenta jecit.

Uſus plantarum pro *Œconomia univerſali naturæ* ſedulo indagandus.

Œconomia Naturæ (Diſſert. ac.) ejuſmodi plura conquiſivit.

In ſcientia Naturali
Principia veritatis
Obſervationibus confirmari debent,

TABU-

TABULA I.

FOLIA SIMPLICIA.

Fig. 1. Orbiculatum.
2. Subrotundum.
3. Ovatum.
4. Ovale ſ. *Ellipticum.*
5. Oblongum.
6. Lanceolatum.
7. Lineare.
8. Subulatum.
9. Reniforme.
10. Cordatum.
11. Lunulatum.
12. Triangulare.
13. Sagittatum.
14. *Cordato ſagittatum.*
15. Haſtatum.
16. Fiſſum.
17. Trilobum.
18. Præmorſum.
19. Lobatum.
20. Quinquangulare.
21. Eroſum.
22. Palmatum.
23. Pinnatifidum.
24. Laciniatum.
25. Sinuatum.
26. *Dentato ſinuatum.*
27. *Retroiſum ſinuatum.*
28. Partitum.
29. Repandum.
30. Dentatum.
31. Serratum.
32. *Duplicato-ſerratum.*
33. *Duplicato-crenatum.*
35. Cartilagineum.
35. *Acute crenatum.*
56. *Obtuſe crenatum.*
3-. Plicatum.
38. Crenatum.
3 . Criſpum.
40. Obtuſum.
41. Acutum.
42. Acuminatum.
43, *Obtuſum acumine.*
44. Emarginatum acute.
45. *Cuneiforme emarginatum.*
46. Retuſum.
47. Piloſum.
48. Tomentoſum.
49. Hiſpidum.
50. Ciliatum.
51. Rugoſum.
52. Venoſum.
53. Nervoſum.
54. Papilloſum.
55. Linguiforme.
56. Acinaciforme.
57. Dolabriforme.
58. Deltoides.
59. Triquetrum.
60. Canaliculatum.
61. Sulcatum.
62. Teres.

TYRO.

Partes Plantæ omnes ſibi reddat notiſſimas.

Vulgatiſſimas plantas a facie Herbationibus diſcat dignoſcere.

Colligat, Exſiccet, Adglutinet ipſe plantas majores, quotquot poterit.

Fructificationis partes primarias diſcat diſtinguere.

Claſſes & *Ordines* ſyſtematis ſibi reddat familiares, & ſimpliciores evidentioreſque flores ad eoſdem reducat.

Demonſtrationibus in Horto frequenter adſit.

Terminos artis ſecundum definitiones ſibi habeat perſpectos.

Genera ſibi nota, circiter 50, ſecundum Genera plantarum examinet, collatis fructificationibus cum charactere.

Characteres Genericos 50, proprio marte, eadem methodo conficiat, & ſecundum Genera plantarum emendet.

Deſcriptiones ſpecierum, 60 circiter, conficiat ex lege artis, incipiendo a ſimpliciſſimis plantis, procedendo ad difficiliores, quas corrigat Profeſſor.

Ignotas ſibi plantarum ſpecies *inveſtiget* ipſe ſecundum Claves, Characteres, Differentiaſque ſyſtematis.

Principia & Fundamenta Botanices rite intelligat.

Hiſtoriam litterariam Botanices ſibi familiarem reddat, & imprimis Auctores de Speciebus plantarum conſulendi.

Synonyma Auctorum, retrogrediendo ad inventores, evolvere adſueſcat.

Uſum plantarum ſpeciebus adſcribat, Medicum & Œconomicum.

TABULA II.

FOLIA COMPOSITA.

63. Binatum.

64. Ternatum *foliolis sessilibus.*

65. - - - - - *petiolatis.*

66. Digitatum.

67 Pedatum.

68. Pinnatum *cum impari.*

69. - - - - *abruptum.*

70. - - - - *alternatim.*

71. - - - - *interrupte.*

72. - - - - *cirrhosum.*

73. - - - - *conjugatum.*

74. - - - - *decursive.*

75. - - - - *articulate.*

76. Lyratum.

77. BITERNATUM, *Duplicato ternatum.*

78. Bipinnatum (*Sauvag.*), *Duplicato pinnatum.*

79. Triternatum, *Triplicato ternatum.*

80. Tripinnatum (*Sauvag.*) *sine impari.*

81. - - - - - - - *cum impari.*

HERBA-

HERBARIUM.

Plantæ methodo data (p. 7.) collectæ in Herbarium vivum, aliis Hortum ſiccum dictum, diſponuntur ſecundum Syſtema, ut prompte evolvantur.

Inſtructio Herbarii ſecundum SYSTEMA SEXUALE hæc eſt; ſecundum aliud quodcunque Syſtema, obſervatis obſervandis, alii eadem ratione diſponant.

ARCA ex Ligno, claudenda *Valvulis* duabus longitudinalibus, reſpondentibus apte diſſepimento perpendiculari.

Spatium arcæ interne accurate determinetur.
Altitudo pariſ. pedum 7½, a ſummo ad infimum.
Latitudo - - unciar. 16, præter diſſepimentum.
Profunditas - Pedis 1, a pectore ſc. ad tergum.

Dividatur arca diſſepimento perpendiculari, in duas partes æquales, a pectore ad tergum.
Locula fiant horizontaliter diſtincta: Aſſere craſſo lin. 6.

CLASSIUM loculamenta ſint inſtructa ſecundum copiam ſpecierum, uti numeri claſſium indicant:

Claſſis	1	*unciar.*	2.	*Claſſis*	14	*unciar.*	10.
	2	- -	3.		15	- -	5.
	3	- -	6.		16	- -	4.
	4	- -	5.		17	- -	8.
	5	- -	14.		18	- -	2.
	6	- -	6.		19	- -	12.
	7	- -	2.		20	- -	3.
	8	- -	3.		21	- -	5.
	9	- -	2.		22	- -	5.
	10	- -	7.		23	- -	2.
	11	- -	3.		24	- -	7.
	12	- -	5.				
	13	- -	6.				

Capit hæc arca 6000 Plantas ſiccatas adglutinatas.

Notatis valvulis arcæ Numero & Nomine Generum, exacte reſpondentibus Loculis, intra quæ philyræ, genera eadem includentes, eorumque numeris ipſæ notatæ, ſervantur, abſque mora planta omnis protrahitur & evolvitur.

TABULA III.

FOLIA DETERMINATA.

82. Inflexum.
83. Erectum.
84. Patens.
85. Horizontale.
86. Reclinatum.
87. Revolutum.
88. Seminale.
89. Caulinum.
90. Rameum.
91. Florale.
92. Peltatum.
93. Petiolatum.
94. Sessile.
95. Decurrens.
96. Amplexicaule.
97. Perfoliatum.
98. Connatum.
99. Vaginans.
100. Articulatum.
101. Stellata.
102. Quaterna.
103. Opposita.
104. Alterna.
105. Acerosa.
106. Imbricata.
107. Fasciculata.
108. Frons.
109. Spathulatum (*Sauv.*) *Folium.*
110. Parabolicum (*Sauv.*) *Folium.*

HERBA-

HERBATIO.

EXCURSIONES Botanicæ (*a*) a variis varie inſtituuntur, nobis ſequentes in uſu ſunt.

VESTITUS leviſſimus, laxiſſimus, Botanicis (*b*) proprius (ubi licet), negotio aptiſſimus.

INSTRUMENTA: Libri: *Syſtema* naturæ, *Flora Faunaque* Regionis.
Microſcopium, *Acus* botanica, *Cultellus* botanicus, *Plumbago*.
Vaſculum Dillenianum (*c*), *Papyra* colligata.
Capſula cum Aciculis pro Inſectis.

TEMPUS a frondeſcentia arborum, excepto Sirio, ad earum defoliationem.
in hebdomade omni, æſtatis bis, veris ſemel.
ad hora 7 matutina, in horam 7 veſpertinam.

LEGES Serovenientis, Diſcedentis, Abſentis.
Diviſionis, Pranſionis hora 2, Quietis in h. 4, Secretarii.

VIA: Congreſſus, diſperſa ambulatio, Stationes.
Milliaria ad ſummum duo cum dimidio.

COLLECTIO: *Plantæ* præcipue florentes, *Muſci*, &c.
Inſecta, *Amphibia*, *Piſces*, *Aviculæ* plumbo occiſæ.
Petræ, *Minera*, *Foſſilia*, imprimis *Terræ*.

DEMONSTRATIO ſingula a Profeſſore fiat intra horæ ½.
indigitentur collecta naturalia omnia cum *numeris* e libris.
Characteres eſſentiales Generis & ſpeciei.
Singularia in objecto obſervanda.
Uſus *Œconomicus*, *Medicus* primarius.

USUS: Lecta in NATALI oblectant, memoriam facilitant, habitum & naturam adumbrant.
Tot uno die objecta ſe offerunt, quod alias diebus commilitonum numerum æquantibus.
Adverſaria a Secretario collecta, deſcribenda in ſeros uſus.

(*a*) *Herbariſationes* Gallis dictæ.

(*b*) *Veſtitus Herbariſantis* præter Lintea ſit Tunica brevis; Femoralia tenuiſſima prolixa ab hypochondris ad talos; Calcei læves; Pileus umbraculo ampliſſimo aut umbella, ne via, calor, æſtus, ſudor delaſſent.

(*c*) *Vaſculum Dillenianum*: pelvis ſemicylindrica e cupro longitudine unciarum novem, probe operculata, orificio amplo pro manu, latere plano modice concavo pro femore; ad plantas collectas aqua irrigatas, vivas ſervandas in veſperam.

TABULA IV.

CAULES.

Fig. 111. Squamoſus *culmus.*

112. Repens *caulis.*

113. Scapus.

114. Articulatus *culmus.*

115. Volubilis *caulis.*

116. Dichotomus *caulis.*

117. Brachiatus *caulis.*

HOR-

HORTUS.

Hortus Botanicus, PARADISUS dictus, alat plantas numerosissimas.

HYBERNACULA pariete fenestrato, plagæ meridionali obverso, plantas ab hyemis sævitia defendant.
CALDARIUM Caminis tribus, Scamnis, Pulvillo, fenestris juste inclinatis pro plantis *Feris*. Thermometr. 12-36.
Tepidarium Caminis duobus, Scamnis gradatis pro plantis *Æthiopicis*, *Succulentis*. Thermometr. 4-12.
Frigidarium Camino unico, spatiosissimum æstate pro Demonstrationibus, hyeme pro Pl. *Monsuetis*. Thermometr. 2-10.
Museum oblongum, altum, angustum, a tergo horum.
Animalia in vitris spiritu vini repletis.
Lapides in Lithophylacio apto servandi.
ÆDES *Hortulani* & *Professoris* proxime adsint.

ÆSTIVARIA hypernaculorum minimorum instar inædificata, plantas ab æstatis injuria defendant.
VAPORARIUM ventre equino Cortice obtecto, in ollis, seminum caldarii pullitiem promoveat.
SOLARIUM, Scamnis, gradatis, Ollas plantigeras apricabitur, noctu claudendum fenestris, pro *Æthiopicis*.

AREÆ singulæ includantur sepibus vivis, opere topiario formatis.
PERENNIS spatiosissima, divisa in Pulvillos æquales, restibiles, alat systematice Herbas perennes *Cicures* vel etiam *Vulgares*.
ANNUA spatiosissima ut præcedens, divisa in Partes duas novales, æquales cum pulvillis, numeris adscriptis plantis.
MERIDIONALIS e frigidario plantas *Mansuetas* excipiat æstate, a frondescentia Querci ad florescentiam Colchici.
VERNALIS instructa Pariete a plaga boreali, pro plantis *Scandentibus* & *Delicatulis*.
AUTUMNALIS pro plantis *Rarioribus*, hyeme obtegenda Musco & Foliis.

AQUARIA effossa pro plantis, cespite vivo circumdata.
FLUVIATILE aquas (si liceat) motu agitatas vehat.
LACUSTRE aquam stagnantem, profundam contineat.
PALUSTRE aquam, imbribus inundantem, fundo limoso admittat.
ARBORETA defendant plagas a procella, nec umbra noceant, digesta in *Quincunces*, *Ambulacra*, *Mapalia*, *Pergulas*.

OCCULTUS sit locus pro *Instrumentis*, *Ligno*, *Fimo*.

USUS: vivæ plantæ a Professore demonstrantur.

Specierum collatio primaria est.
Pretiosa itinera evitantur, dum plures exoticæ occurrunt in uno Horto, quam facile per totam Europam spontaneæ.

(*) Feræ *quæ toto anno intra domum servandæ;* Mansuetæ *quæ æstate exeunt;* Cicures *quæ ferunt clima nostrum hybernum.*

TABULA V.

FULCRA.

Fig. 118. *a.* Cirrhus.

b. Stipulæ.

c. Glandulæ *concavæ.*

119. Glandulæ *pedicellatæ.*

120. *a.* Bractea, *diverſa a foliis b.*

121. *a.* Spina *ſimplex.*

b. - - - *triplex.*

122. Aculeus *ſimplex.*

123. Aculeus *triplex* ſ. *Furca.*

124. Oppoſita *folia.*

a. Axilla.

PEREGRINATIO.

Principium erit mirari omnia, etiam tritiſſima.
Medium eſt calamo committere viſa & utilia.
Finis erit naturam adcuratius delineare, quam alius.

ITER: viæ diurnæ dimenſio per Territoria, Pagos, &c.

GEOGRAPHICA: *Montes*, *Juga*, *Fluvii*, *Lacus*, *Urbes*.

PHYSICA: *Cataractæ*, *Fontes*, *Acidulæ*.
Solum minus frequens aut proprium loci.

LITHOLOGICA. *Terræ*, *Saxa* propria; *Lapides* varii.
Fodinæ metalla, *Uſtrinæ* proceſſus, *Metallurgiæ* œconomia.

BOTANICA: *Plantæ* indigenæ: loco, tempore, nomine incolarum.
Rariores deſcribendæ, delineandæ, illuſtrandæ.

ZOOLOGICA: *Animalium* rariorum Deſcriptio, Figura, alimentum, Mores.
Inſectorum alimentum, metamorphoſis, noxa.
Piſcium radii numerandi, *Serpentum* ſcuta.
Avium remiges, rectrices; *Vermium* ſtructura ſcrutanda.

ŒCONOMICA: Privata, fundamentum ejuſdem.
Architectura Domorum, Sepium.
Georgica inſtrumenta, modus, tempus.
Horticultura qualis, quibus.
Monotrophæa quæ, quales.
Pratorum cultura, habitus.
Diæta ex quibus primaria, toto anno.
Coquinaria ars, *Culina*.
Panificium, *Potus* confectio.
Commercia, *Manuales* operationes.

MORES proprii, converſatione, *Sermone*, *Veſtitu*.
Feſtivi nuptiales, ſepulcrales.
Superſtitioſi.

ANTIQUITATES: *Rudera*, *Tumuli*, *Runæ*.
Hiſtorica, *Fabuloſa*.

PALMARIUM: Plantarum, Animalium, Lapidumque cognitio naturalis, influxus Syſtematis mundani, & uſus generi humano.

TABULA VI.

RADICES.

Fig. 125. Bulbus squamosus *Lilii.*

126. Bulbus solidus.

127. Bulbus tunicatus *transversim dissectus.*

128. Tuberosa radix, *Filipendulæ.*

129. Fusiformis radix : *Dauci.*

130. Ramosa radix.

131. Repens radix.

BOTANICUS.

CHARACTER BOTANICI sit Tyroni evidentissimus, ut distinguat veros *Auctores* ab eruditis *Compilatoribus*.

VERUS BOTANICUS ubique Scientiam Botanices excolit; Rudis ostentator nihil in augmentum Scientiæ confert.

1. *Systematice* plantas suas disponit verus Botanicus.
   Nec absque ordine easdem enumerat.
2. *Fructificationis* principium in theoretica dispositione (152) agnoscit;
   Nec dispositionem secundum Herbam (79) immutat.
3. *Genera* naturalia (162) assumit;
   Nec Erronea ob speciei notam aberrantem (170) conficit.
4. *Species* distinctas tradit;
   Nec e Varietatibus falsas fingit (283).
5. *Varietates* ad species reducit (317);
   Nec eas, pari passu cum speciebus obambulare finit.
6. *Synonyma* præstantissima indagat & seligit;
   Nec acquiescit in quacunque obvia nomenclatura.
7. *Differentias* characteristicas inquirit;
   Nec inania nomina specifica præponit veris (319).
8. *Plantas* vagas ad Genera amandare studet;
   Nec rariores obvias fugitivis oculis adspicit.
9. *Descriptiones* complectentes differentias essentiales compendiose (327) sistit;
   Nec naturalissimam structuram (93) oratorio sermone (199) ebuccinat.
10. *Minimas* partes (326) attente scrutatur;
    Nec ea, quæ maxime illustrant, flocci facit.
11. *Observationibus* ubique plantas illustrat;
    Nec in vago nomine acquiescit.
12. *Oculis* propriis quæ singularia sunt observat;
    Nec sua solum, ex Auctoribus, compilat.

MAGISTRI in Arte per hanc scalam Floræ ædem adscenderunt; Hodierni primarii hoc mihi facile largientur: uti

Jussiæi,	*Gronovius*,	*Royenus*,
Gesnerus,	*Hallerus*,	*Gmelinus*,
Burmannus,	*Wachendorffius*,	*Ludwigius*,
Guettardus,	*Dalibardus*,	*Gleditschius*,
Gelsius,	*Browallius*,	*Lecheus*,
Kalmius,	*Claytonius*,	*Coldenus*,
Mitchellus,	*Montius*,	Aliique.

TABULA VII.

PARTES FLORIS.

Fig. 132. Spatha, Calyx; *Narcissi.*

133. Spatha. Spadix.

134. *a.* Gluma *calyx. b.* Arista.

135. *a.* Umbella universalis. *b.* partialis.
c. Involucrum universale. *d.* partiale.

136. *c.* Calyptra; *b.* Operculum. *a.* Capitulum.

137. Amentum.

138. Strobilus.

139. Fungi *a.* Pileus. *b.* Volva. *c.* Stipes.

140. *a.* Receptaculum commune nudum.

141. Receptaculum commune paleis *imbricatum.*

142. *Corollæ monopetalæ a.* Tubus. *b.* Limbus.

143. Flos. *a.* Germen. *b.* Stylus. *c.* Stigma. *d.* Filamenta.
e. Antheræ. *f.* Petala.

144. *Corollæ polypetalæ. a.* Ungues, *b.* Laminæ.

145. Nectarium campanulatum in *Narcisso.*

146. Nectaria cornuta in *Aconito.*

147. Nectarium cornutum *in calyce Tropæoli.*

148. Nectaria *in Parnassia.*

METAMORPHOSIS VEGETABILIS.

Radix deorſum ; *Herba* ſurſum tendit.
Herba omnis eſt proceſſus ſubſtantiæ medullaris Radicis.
Flos terminat, Fœcundatio ſeparat, *Semen* incipit omnem plantam.
Terminus plantæ idem , vel vita continuata in *Gemma*,
vel propagata in *Flore*.
Gemmæ fines , *Semina* initia plantæ defendunt a climatis duritie.
Gemma eſt Hybernaculum herbæ , Semen ejus capſella.
Gemma conſervat embryones intra ſquamas, *Semen* intra tunicas.
Gemmiparæ non minus ſunt perennes herbæ quam Arbores.
Meridionales arbores nequeunt eſſe *boreales* ob gemmas.
Perennis planta gaudet duplici *flore* : altero *anteceſſore* triumphante , altero *ſucceſſore* occulto.
Gemma aut *gemmulis* aut *floribus* aut utriſque gravida eſt.
Plumulam ſeminis ſæpius terminat aut flos aut gemma. *
Principium *florum* & *foliorum* idem eſt.
Principium *gemmarum* & *foliorum* idem eſt.
Gemma conſtat foliorum rudimentis.
Stipulæ ſunt foliorum appendices.
Perianthium fit ex connatis foliorum rudimentis.
Derivato nutrimento ad ſquamas amenti , deſtructis floſculis , mutantur in *Folia*.
Derivato nutrimento ad floſculos amenti , fiunt folia *Calyces*.
Luxurians vegetatio flores e foliis terminando producit.
Gemmæ vix *frondeſcunt* , niſi defoliata arbore vel foliis ex climate mutationem paſſis.
Gemmæ ſæpius deſtruunt ſequentis anni flores , exfoliata æſtate arbore.
Gemmæ annuo ſpatio *præcociores* evadunt, exfoliata æſtate arbore.
Flos ex gemma , annuo ſpatio , foliis præcocior eſt.

* *Amygdala* ſata in caldario producunt Folia alterna ; at , ſpatio determinato , ſupra radicem, in gibboſiore caule conferta , loco determinato gemmæ , ubi citatior propulſio ſuperavit moram & revocavit futurum annum in præſentem.

TABULA VIII.

PARTES FRUCTIFICATIONIS.

Fig. 149. *a.* Perianthium, *b.* Germen, *c.* Stylus, *d.* Stigma. *e.* Filamenta. *f.* Antheræ *dehiſcentes.* *g.* Antheræ *integræ.*

150. *a.* Filamentum. *b.* Anthera.

151. *a.* Pollen *microſcopo viſum* *b.* Halitus *elaſticus.*

152. *a.* Germen, *b.* Stylus, *c.* Stigma.

153. Folliculus, *a. Receptaculum ſeminum.*

154. Legumen, *a. a. ſutura ſuperior ſemina annectens.*

155. Siliqua, *a. b. receptaculi margo uterque.*
c. Valvula ſiliquæ.

156. Pomum *a. capſula b. incluſæ.*

157. *a.* Drupa. *b. Nucleo.*

158. Bacca.

159. Capſula *apice dehiſcens.*

160. Capſulæ *a. Valvula. b. Diſſepimentum.*
c. Columella. d. Reeeptaculum.

161. Capſula *longitudinaliter diſſecta*, *ut ſeminum* receptaculum *in conſpectum prodeat.*

162. *a.* Pappus *piloſus.*
b. Pappus *plumoſus.*
c. Semen.
d. Stipes *pappi.*

TABULA IX.

PEDUNCULUS.

163. Corymbus.

164. Racemus.

165. Spica.

166. Verticillus.

167. Panicula.

ADDENDA.

Plenitudo.

XERANTHEMI *impletio per Paleas* propria eſt & ſingularis; ut in *Jaſione.*

Paleæ diſci elongatæ, coloratæ, expanſæ, facie & ſtructura ſquamarum calycis radium mentientium.

Floſculi naturalibus vix majores, adeoque paleis breviores:

Radii feminei ſteriles! *Stylo* patente, longitudine palearum, *Stigmate* ſimplici.

Diſci hermaphroditi Stylo breviore, *Stigmate* bifido.

Obſ. Floris ſimplicis floſculi, calyci proximi, hermaphroditi ſunt; ſingulare itaque quod Plenus flos radium femineum aſſumat.

RIBES inerme, floribus oblongis. *Hort. cliff.* 209.

Germen excluditur in pleno flore.

Calyx quinquepartitus ad baſin, reflexo-patens, coloratus: laciniis linearibus.

Corollæ loco ſeries triplex petalorum, calyci ſimillima.

Staminum Piſtillorumque loco Conus acutus, quinquefidus.

HYACINTHUS, panicula comoſa, ſaneſius, *Column. ecphr.* 2. *p.* 10. *t.* 12.

Spica in *Paniculam* conglomeratam effuſa.

Stylis, nec his ſatis evidentibus, videntur omnes Flores conſtare, abſque Corolla, Staminibus, Germine, aut alio rudimento florum, ſæpe 20 in eodem pedunculo.

Squamæ minimæ, alternæ, ſubjectæ quovis ſtylo; ex ſingula ſquama videtur novus pedicellus prognaſci; quid itaque monſtroſius?

T A B U L A X.

F O L I A T I O.

Foliis tranſverſim diſſectis.

1. Convolutum.
2. Involutum.
3. Revolutum.
4. Conduplicatum.
5. Equitans.
6. Imbricatum.
7. Obvolutum.
8. Plicatum.
9. Convoluta.
10. Involuta *oppoſita.*
11. - - - *alterna.*
12. Revoluta *oppoſita.*
13. Equitantia ancipitia.
14. - - - - triquetra.

M E N S U R A.

P. Pariſini *Pedis* $\frac{o}{4}$.

A Anglicani *Pedis* $\frac{o}{4}$.

Suecici *Pedis* $\frac{o}{4}$.

TABULA XII.

Fig. 1. Monandria.
2. Diandria.
3. Triandria.
4. Tetrandria.
5. Pentandria.
6. Hexandria.
7. Heptandria.
8. Octandria.
9. Enneandria.
10. Decandria.
11. Dodecandria.
12. Icosandria.
13. Polyandria.
14. Didynamia.

TABULA XIII.

Fig. 15. Tetradynamia.
16. Monadelphia.
17. Diadelphia.
18. Poliadelphia.
19. Syngenesia.
20. Gynandria.
21. Monoecia.
22. *a*. & *b*. Dioecia.
23. Polygamia.
24. Cryptogamia.

TERMINI.

Ennean-

Inter-

Stipu-

Trun-

GENERA.

Ama-

B

Cata-

Coro-

Equi-

Helle-

I.

Jatro

Lens

M. Ma-

M.

Mitchel-

Ochna

Penta-

Q

R

Rhabar-

T.

Trio.

Numeri majores romani spectant ad *ordines Fragmentorum* methodi naturalis, minores paginas indicant.

CON-

CONTENTA.

Characte-

Empi-

Genera

Hoi-

Mare

Q.

R.

Raji.

Stimuli

CAROLI LINNÆI
CRITICA
BOTANICA

In qua nomina Plantarum generica, ſpecifica, & variantia examini ſubjiciuntur, ſelectiora confirmantur, indigna rejiciuntur; ſimulque doctrina circa denominationem Plantarum traditur.

1787.

BOTANICO
HUJUS ÆVI FACILE
PRINCIPI
JO. JAC. DILLENIO
MEDICINÆ DOCTORI,

In Academia Oxonienſi

Profeſſori Botanices Sherardiano, Acad. Imper. Nat. Curioſor. & Soc. Reg. Soc.

S.

CAROLUS LINNÆUS.

NOMINUM diſſenſus primus ad barbariem gradus, quam ponderoſum Botanicorum humeris impoſuit onus, Tu aliis, VIR CELEBERRIME, melius noris, ultimam qui hodie manum deſideratiſſimo Sherardi phytopinaci imponis; inevitabilis tamen hactenus extitit nominum innovatio in Botanicis, quamdiu nullæ leges aſſumtæ fuere, ſecundum quas judicari poſſint nomina; vivunt Botanici in libera republica, quibus lex præſcribi poteſt nulla æterna, niſi aſſumta a civibus præſentibus & futuris; adeoque nec alia, quam quæ rationibus & exemplis

demonſtretur tam pura & neceſſaria, ut melior excogitari nequeat ulla.

Has, quas concipio & quæro leges, antequam obtinet Botanice, neceſſe eſt, ut varii cives ſua argumenta proponant, & dein determinet, quæ aliis præferenda ſint, poſteritas.

Dum meas exhibeo circa nomina obſervationes, Tuum Illuſtre nomen meo libello præfigo, ne obruar malevolorum rumoribus, qui magis intenti quomodo aliorum dicta rideant, quam ut quid ipſi ſapienter dicant; Te enim majorem agnoſcit hodiernus dies nullum; ſcis dein quanti omnibus habitum ſemper ſit principibus placere Viris, tanti certe & mihi, Tibi non diſplicere; Reddo ſimul gratum, qualemcunque hic potero, animum Benevolentiæ Tuæ ſummæ, qua me, dum Oxonienſes ſalutabam Muſas, amplecti nulla hora intermiſiſti. Tu demum mihi autor fuiſti, ut plura de theoria Botanices commentarer, qui meæ levitatis probe ipſe gnarus dudum vela contraxiſſem. Tu tandem, qui ex ſani ratiocinii & rationis trutina omnia ponderare ſolitus es, mihi viam aperuiſti, quam pedibus vacillantibus licet, hic calcare ſtudeo. Excipias itaque benignus, quæ offero, Tuus qui eſſe aveo. Vale, Vir Magne, vivaſque diu inconcuſſum artis noſtræ fulcrum.

Dabam ex Muſæo Cliffortiano
1737. Jun. 22.

LECTORI
S.
AUTOR.

QUANTAM nominum innovatio, a reſtauratis ſcientiis in hunc uſque diem, Botanicis crearit difficultatem, nullus non expertus novit; repulſa itaque barbarie ob nominum immenſam copiam imminente, ſub initio præcedentis ſeculi per C. Bauhinum, ex unanimi concenſu Botanicorum atro notabantur carbone omnes, nova qui introducere in poſterum auderent nomina, idque concilio optimo, cum rebus ita conſtitutis, meliora conficere non permitteret diſciplinæ gradus, ad quem tum evecta erat ſcientia.

Redacta tandem republica Botanica a Moriſono ſub imperii ſyſtematici forma, æternaque lege, ex naturæ libro deprompta, promulgata (F. B. 165. 166. 213. 214.) inſcitiæ nomino notabantur, legem hanc qui violarent vel tranſgrederentur. Nulla tum admittebatur exceptio; excludi debuere inevitabili fato nomina omnia ſpecierum, genere quæ non conveniebant eodem. Heu! quanta, & qualis dein rerum perturbatio circa finem ſeculi præcedentis, inteſtinis motibus dum diſtrahebantur cives Botanici, ſub Triumviratu Raji, Tournefortii & Rivini, alia dum nomina generibus ſingulis imponebantur a Tournefortio, alia dum a Rivino; aliter dum genera diſtribuebantur ab hoc, aliter ab altero. Obtenta tandem in generibus Victoria a Tournefortio, pacatiſque rebus, nova

ab illo tempore nomina plura fastidiebat orbis Botanicorum.

Novas copias tamen e peregrinis terris omni die advehere, advectas convenientioribus insignire nominibus, deficientia exstruere, prioribus cladibus mederi, sapientiores evadere,klelioraque consilia excogitare, communique reipublicæ saluti prospicere nunquam intermittebant cives, licet horum nullus totalem reipublicæ reformationem introducere susceperit, (occidit enim sub ipsis auspiciis Vaillantius) aut nova nomina imponere; tamen lento, & vix perceptibili gradu a Tournefortii tempore in diem hodiernum irrepsere nova nomina tot, quot a Dictatore nullo imperata fuere unquam; patet hoc conferenti nova Fevillæi, Commelini, Boerhaavii, Vaillantii, Pontederæ, Dillenii, Ruppii, Scheuchzeri, Knautii, Monti, Heucheri, Buxbaumii, Michelii, Krameri, Burmanni, &c. nomina. Cogit mortales inevitabilis necessitas in scopulos incurrere, quos evitare non didicerant; injungit sana ratio istam improbare viam, qua minus tuto itur; sic & necesse est Botanicos erronea imponere nomina, quamdiu inculta jacet scientia, quamdiu leges & canones non constructi sunt, quibus superstruunt tanquam immotis fundamentis, scientiam Botanices, adeoque correxerunt hi prædicti summa ratione antecessorum suorum mala nomina, necessitate coacti.

Autorum dum evolvo strenuos labores, observo omnes per totum diem occupatos in detegendo, describendo, depingendo, adque genera & classes reducendo plantas, paucos vero horum philosophos, & vix ullos qui nomina, alterum Botanices fundamentum, excolere adgressi sunt, licet hoc æque necessarium sit ac unquam generum cura, ut nomen immobile persistat; se nullas circa nominum impositionem a veteribus datas regulas, demonstrationes aut rationes reperire dolent Tyrones, dolent excercitati in arte Viri. Rationes enim, si quas passim adduxere Botanici circa nomina,

nimis speciales sunt, quam ut inde quid certi concludere liceat, Autorum dein tantus dissensus est, ut cuinam fidem præprimis adhibeat, vix determinet lector, cum rationes sufficientes non ubique pateant; non mirum itaque e Tyrone maturus factus Botanicus, dum omnia exhausisse videtur, si in praxi errorem committat circa denominationes, Botanicemque erroneis ita nominibus oneret.

Certæ itaque induciæ, melioraque tempora speranda nunquam sunt, antequam inter se conveniant Botanici de legibus fixis, secundum quas dijudicari possunt nomina, bona scilicet a malis absolute distingui, bona defendi, mala absque exceptione ulla excludi, ut immotis principiis munita Botanice persistat inviolabilis & inconcussa.

Leges istas, antequam admittant Botanici, necesse est, ut aliquis horum in se suscipiat positiones dare Botanicis aliis examinandas, quæ si bonæ, confirmentur, si vero fallaces, fallaciæ convincantur, excludantur, melioraque in horum subrogentur locum; quod quamdiu incipere recusant Botanici, tamdiu & incerti hærebunt, & nomina falsa oneri Botanices quotidie accumulabuntur. Hanc Spartam cum hactenus nullus in se suscipere dignatus sit, ego mecum constitui illud tentare; si enim liceat Civi in libera republica loqui, utique & mihi meas in Botanicis rationes dare licebit! non eo temeritatis perveni, ut crederem mea ratiocinia omnia, tam solida esse, quin alius longe maturiora proferret, tamen mea vera erunt, usquedum magis vera demonstrentur. Vobis Botanicis Amicissimis, meas subjicio regulas, mihi præscriptas, & secundum quas ego incedam; si vobis dignæ videantur, trahantur etiam a vobis in usum; sin minus, meliora impertiatis!

Ante annum dimidium cum mea prodirent Genera, a non paucis suasus fui, ut meas circa nomina darem observationes, cum paucis, imo paucissimis, meorum Fundamentorum Bota-

Aa iv

nicorum meæ conflarent rationes; hoc quo minus præflarem fufceptum in humeros meos onerofum & amplum opus Horti Cliffortiani prohibuit, quod non modo omnes mihi horas, fed & fano corpori neceffariam requiem fubtraxit, propofitus enim dies, quo caftra moverem, abfolutam poftulabat telam, vix momentum temporis fuperfuit, quò adverfaria mea colligerem, collectifve ultimam adderem manum. Hifce pofitis neceffarias hafce obfervationes judicarunt Amici quidam de me optime meriti, ut antequam ad fpecies progrederer, eas publicæ luci traderem. Confilio horum Virorum, quibus quid denegare mihi religioni duxi, obtemperans, levidenfes meas obfervationes corrafi, editorique commifi. Prohibuit adeoque circumfcriptum maxime temporis fpatium ultimam manum lentumque calamum operi admovere, dictifque gratiam conciliare; nolui tamen retardare opus, ut malevolorum evitarem tela, quibus placere ftudui nunquam; noveram enim fapientiores, quorum cenfuræ mea committo, verborum lenociniis non effafcinari, fed folum ad rationes & exempla refpicere, indeque dependentem ufum ponderare; hos infuper noveram mihi non imputaturos, dum prodeffe ftudeo, quæ tempus denegaverit.

Altera non minus formidabilis mihi objiciebatur remora, dum alia non dabatur, quam per exempla, via; nam fi vel plura volumina de nominibus congeffiffem, fi vel in ratiocinando immodice luxuriaffem, nec fimul exempla dediffem, pauci meam percepiffent mentem: at vero e folis exemplis, abfque argumentis omnes facillime me intelligerent, cum loquatur res præfens ipfa; quomodo plantas indicarem abfque nominibus? Quomodo nomina fine auctoritate? Exempla itaque dum darem, etiam auctoritatem allegare tenebar, & hæc dum facerem, me facile e gratia iftorum cadere, quibus maxime placere ftudebam, prævidi; ipfe etiam, qui per vitam

Criticorum fui hoſtis, deberem Criticorum adſcribi numero. Criticos voco Botanicos iſtos, heu nimis multos! Qui Tyrannorum inſtar per cladem aliorum ſibi famam & auctoritatem conciliare ſatagunt, nec obſervatiunculam cum erudito orbe communicare, niſi ſimul oſtendant alium ipſis doctiorem hæc non obſervaſſe: vel pygmæorum inſtar, gigantum humeris dum inſiſtant, ſe ulterius proſpicere jactitent, neſcientes non omnibus datum omnia vidiſſe, aliumque in deſcribendo excelluiſſe, in pingendo alium, in Synonymis alium, in minutiſſimis alium, in generibus alium, & in aliis partibus alios, cum unius viri vita non ſufficiat ad omnia abſolvenda, interim notabilia augmenta ſumſit, dum ſinguli ſingula curarunt & reſtaurarunt. Ne itaque ullum læderem, conſtitui ſapientiores tantum & quibus e meliori luto finxit præcordia Titan, allegare, eo certior, me ab his doctioribus veniam impetraturum, dum noveram iſtos ad tam ſolidam nunquam perveniſſe doctrinam, niſi omni rei alii augmentum Botanices prætuliſſent, hoſque ſapientiores, non ex cæco auctoritatis amore ſua defendere, ſed illud unicum modo curare ut floreret Botanica. Alios vero inferioris ſubſellii Botanicos, ſi tetigerim, veniam expeto, qui hoc non a malitia, ſed amore Botanices ductus ſcripſi.

Criticam itaque L. B. quam offero ſecundum Fundamenta mea Botanica, Cap. VII. VIII. IX. X., explicando paragr. 210. *ad* 324. conſcripſi, exempla ſat multa adduxi, ut quivis facile ſecundum ea referre queat nomina ad ſuas leges. In Specificis autem vix ulla allegavi exempla, cum pauca proſtent digna, & paucis, imo pauciſſimis Botanicis, hoc ipſo tempore, quo florentiſſima ſuperbimus Botanica, conſtet quæ plantæ Varietates, quæ Species ſint; proin in Horto Cliffortiano propediem ex liberalitate Generoſiſſimi Poſſeſſoris prodituro

Varietates ad Species reducere, Species nominibus specificis notare allaboravi.

Has regulas æque in Regno Lapideo & Animali, ac unquam in Botanicis, observatis hinc inde observandis, valere scias. Amis fave.

Dabam ex Musæo Cliffortiano
1737. Maj. 31.

AUTORES.

B. *Boerhaavius.*
Br. *Breynius.*
Bm. *Burmannus.*
Bx. *Buxbaumius.*
C. B. *Bauhinus Casp.*
Cæs. *Cæsalpinus.*
Cm. *Commelini.*
D. *Dillenius.*
Ds. *Dioscorides.*
Fl. lapp. *Flora Lapponica Autoris.*
F. B. *Fundamenta Botanica Autoris.*
Gd. *Gundelius.*
J. B. *Bauhinus Joh.*
Juss. *Jussieu.*
Kk. *[illegible]erus.*
Ka. *[illegible]dus.*
Kn. *Knaut.*
Kr. *Kramerus.*
Ld. *Linden.*
M. *Michelius.*
Mg. *Magnolius.*
Mr. *Morisonus.*
Niss. *Nisole.*
Pl. *Plumier.* (§. 241. *Plinius*);
Plk. *Plukenetius.*
Pn. *Pontedera.*
Pt. *Petiverus.*
Rj. *Rajus.*
Rp. *Ruppius.*
Rv. *Rivinus.*
S. N. *Syst. 3. reg. nat. Autoris.*
Sch. *Scheuchzerus. J.*
T. *Tournefortius.*
Tr. *Trantius.*
V. *Vaillantius.*



NOMINA GENERICA.

210. *Denominatio, alterum Botanices fundamentum, facta dispositione, nomina primum imponat.*

FUNDAMENTUM Botanices duplex statuimus (*F. B.* 151.): Dispositionem & Denominationem plantarum, utramque a Botanico cum judicio instituendam.

Si quis omnes plantas secundum impressos characteres exacte distingueret, nec nomina ipsis imponeret, suam doctrinam cum nullo communicaret. Novit & Rusticus plantas, novit forte & brutum, sed quis ex iis sapiat? Hinc *ISIODORUS Nomina si nescis, perit & cognitio rerum.*

Botanicus itaque distinguitur ab Idiota, eo, quod ille dare queat nomen huic, non alteri plantæ, applicabile, cuique, ubicunque demum terrarum, intelligibile.

Nomina Veterum Græcorum & Romanorum plantis imposita laudo, ad conspectum vero Recentiorum plurium horreo; hæc enim maximam partem sunt nihil nisi Chaos confusionis, cujus Mater barbaries, Pater auctoritas, Nutrix præjudicium.

Nec mirum factum! Quis enim Tyro de nominibus fuit unquam instructus? Quis unquam dedit circa denominationem plantarum præcepta, demonstrationes, exempla? Videre jamjam Recentiores naufragia, evitarunt plurimos scopulos, sed inciderunt sæpe in Scyllam, cupientes vitare Charybdin.

Tournefortius selegit maxime: *Rappius* selegit nonnulla: *Dillenius* cautior reliquis incessit. Longe tamen plura & hi, & alii rejecissent, ni religiose nimis dimittere recusavent Senes assuefacta nomina, eaque pro aris & focis defenderent. Semel tamen inchoandum, licet & de fama periclitaretur: magis enim

mihi est unius Sapientis assensus, quam centum Idiotarum vana opprobria.

Nulla me movet incantatio ante editum Pinacem Sherardianum, post quem anathemate omnes, qui mutarent plantarum nomina, minatus est *Threlkeld;* & ego quidem subscriberem, si modo ille digna interim præstaret nomina; quod cum hucusque factum non sit, mea exempla proferre, aliorum censuræ submittere, religioni mihi non duco.

Facta dispositione plantarum in Genera, tum primum imponi debent Nomina, nec antea. Hinc nulla assumenda sunt nomina plantis imposita, quæ non conveniunt generibus, adeoque nec Veterum, nec officinalia, nec recepta ulla, quæ sub uno nomine diversa includunt genera; *unicum ubi genus, unicum erit nomen!*

211. *Nomina vera plantis imponere Botanicis genuinis tantum in potestate est.*

Botanicus mihi hic dicitur is, qui genera naturalia observare intelligit. Botanici autem nomine indignum judico Curiosum, qui de generibus sollicitus non est.

Fundamentum dein denominationis omnis plantarum versatur circa Genera & Species: quæ conveniunt genere & specie, eodem sub nomine veniant in genere ac specie; & vi oppositorum. §. 213. 214.

Sequitur itaque, nullum nomina vera plantis imponere posse, nisi sit Botanicus, & intelligat genera, & species notas.

Desideratur etiam a Botanico, ut cum judicio nomina imponat: nec prima, quæ in mentem incurrunt.

Videmus ex allegatis exemplis, quam absurda, stulta & ridicula, renovatis nuper studiis, nec exculta hac doctrina, imposuere Commentatores nomina: ex aliorum itaque exemplis docti simus oportet. *α.*

Negamus omnia nomina ab ullo imposita plantis, nisi sint a Systematicis vel confecta, vel confirmata; veterum enim, qua talia, nulla sunt; si bona, casu bona.

Nec, quod metuat quis, opus est, novum imponere nomen plantæ a Collectore aliquo antea nominatæ: ejus enim per se, quatenus genera non intellexerit, falsum debet esse, nisi per accidens dignum fuerit, vel ille a doctiori circa plantam instructus.

Excludimus omnia nova nomina, in memoriam Botanicorum

data ab alio, quam genuino Botanico: Characterem quippe obſervare debet is, qui, ut perſiſtat a ſe datum nomen, deſiderat. *β.*

Veneramur omnipotentiam Creatoris, inque plantis ſumma ejus myſteria; nomina autem iſta religioſa non admittimus. *γ.*

α. Veterum.

Pater	noſter	*Cyperus.*
Bonus	Henricus	*Chenopodium.*
Malus	Henricus	*Squamaria.*
Noli	me tangere	*Impatiens.*
Morſus	Diaboli	*Scabioſa.*
Morſus	Ranæ	*Hydrocharis.*
Viſcera	Diaboli	*Cuſcuta.*
Fuga	Dæmonum	*Hypericum.*
Surge	& ambula	*Gentiana.*
Filius	ante patrem	*Tuſſilago.*
Regina	prati	*Filipendula.*
Gratia	Dei	*Gratiola.*
Mater	violarum	*Cheiranthus.*
Mater	Herbarum	*Artemiſia.*
Arbor	triſtis	*Nyctanthes.*
Arbor	vitæ	*Thuya.*
Fel	terræ	*Gentiana.*
Podagra	lini	*Cuſcuta.*
Herba	impia	*Gnaphalium.*
Herba	furum	*Cannabis.*
Herba	inferni	*Cuſcuta.*
Herba	caſta	*Mimoſa.*
Lacryma	Job	*Coix.*
Flos	paſſionis	*Paſſiflora.*
Chærophyllo	accedens	*Aphanes.*
Cicutariæ	quodammodo ſimilis	*Aphanes.*
Sol	indianus	*Helianthus.*
Barba	jovis	
Barba	capræ	*Aruncus.*

β. Recentiorum.

Bontiana	*Pt.*
Breyniana	*Pt.*
Ruyſchiana	*Pt.*

Drakena	*Clus.*	*Dorstenia.*
	γ. Divina.	
Oculus	Christi	*Aster.*
Palma	Christi	*Orchis.*
Spina	Christi	*Rhamnus.*
Lancea	Christi	*Lycopus.*
Labrum	Veneris	*Dipsacus.*
Umbilicus	Veneris	*Saxifraga.*
Speculum	Veneris	*Campanula.*
Pecten	Veneris	*Scandix.*
Calceus	Veneris	*Cypripedium.*
Barba	Jovis	
Chirothecæ	S. Mariæ	*Aquilegia.*
Claves	S. Mariæ	*Calceolus.*
Chlamys	S. Mariæ	*Petasites.*
Lacryma	S. Mariæ	*Coix.*
Lac	S. Mariæ	*Carduus.*
Poma	S. Mariæ	*Punica.*
Stramen	S. Mariæ	*Galium.*
Stragulum lecti	S. Mariæ	*Thymus.*

212. *Nomina omnia sunt in vegetabilis enunciatione, vel* muta, *ut classis & ordinis; vel* sonora, *ut genericum specificum & varians.*

Systema omne plantarum per quinque appropriata membra absolvi (per Classes scilicet, Ordines, Genera, Species & Varietates) diximus §. 155, idque demonstrare adgredimur in Philosophia Botanica. Hisce omnibus imponi debere appropriata nomina, nullum fore, qui negabit, spero, licet in Ordinibus (Sectionibus *Tournefortio*) antehac non adeo receptum.

Exemplum petam ex Zoologicis, ubi in sex classes divisi Animalia omnia; in Quadrupedia sc., Aves, Amphibia, Pisces, Insecta, & Vermes (confer *Systema* nostræ *Naturæ*). Si mihi occurrat inspicienda *Anas*, & dico esse *avem*, idem est, ac si dixissem esse Animal duobus pedibus, totidem alis, pennis, plumisque indutum. Si ignarus ulteriorem desiderat ideam subjecti, adderem esse ex Ordine *Anserino;* quo solo verbo norit esse palmipedem, aquaticam, natantem avem. Adeoque

pro facilitate, brevitate, compendio, necessaria sunt nomina & artis termini. Hæc ut digna evadant, & studio confecta, a Botanicis in hoc paragrapho observari vellem.

In Denominatione alicujus speciei non opus est etiam recensere nomen classicum & ordinis, cum facile retinentur in memoria, sub qua phalange perstant genera: adeoque solum nomen genericum cum sequentibus proferamus. e. gr. *Tetrao cauda bifurcata* melius audit quam *Avis gallinacea Tetrao cauda bifurcata*, cum priora ponantur ex legibus Systematis nota. Nec possent nomina classium & ordinum in Botanicis sonora esse, quamdiu tam paucæ sint classes, vel ordines naturales detecti; de Succedaneis esset dissertatio in æternum.

De veris itaque nominibus conficiendis, hisce quinque membris systematicis dignis, sequentia monere visum est.

§. 213. *Quæcunque plantæ genere conveniunt, eodem nomine generico designandæ sunt.*

Quæcunque plantæ fructificatione conveniunt, genere conjungi debent. Quæcunque genere conveniunt, eodem nomine designari, est primarium fundamentum, cui superstructa est tota scientia Botanices, ut, eo demto, ruere debeat integra.

Nulla sub hac regula datur exceptio, nulla cautela; sed axiomatis instar nuda persistit.

Tournefortius, incomparabilis ille Botanicus, cum nomina retinere voluerit, non adgressus est species sub eodem genere positas dividere: aliasque hoc, alias vero alio nominare nomine: sed potius genera naturalia fregit, ut nomina retineret, testante Eo Ipso. Sic *Meum* (æquivocum istud) licet ad Fœniculum Ipsi videbatur absolute referendum, remansit; sic *Limon*, *Aurantium*, *Malus* & *Cydonia* perstitere. Ergo concludo eundem errorem illum errare, qui non naturale introducit genus, ac ille, qui ejusdem generis plantas divisas pluribus nominaret nominibus genericis. Hic rideretur ab unoquoque, ille modo aufugeret risum vulgi.

Quid magis conveniens est, quam quod fratres eodem gaudeant cognomine? Si hæc regula non locum haberet, necessaria essent tot nomina primaria, quot species; nomina hæc memoria teneri necessario debent specifica non item: quæ enim ad hæc rite tenenda sufficeret memoria?

Usum dein quam eximium ex hac observata regula reporto: nominata enim planta aliqua, ex solo nomine in memoriam

revoco characterem, attributa, uſum affinium: & fallit raro; quin maxima parte conveniant inter ſe congeneres ſpecies.

Species itaque referre ad genera, communia autem non concedere nomina generica, juvat, dum inquiro plantas, eaſque ſuo loco obſervo: maximus tamen, qui inde dependet, uſus, in communi & quotidiano de plantis ſtudio nobis denegatur: nomina enim generica per orbem Botanicum valent, ut nummi ex conſenſu Reipublicæ.

Hinc, quid ſentiendum de inſtituto *egregii RAJI* liquet, qui in *Hiſtoria* ſpecies ad genera retulit, ſed nomina omnibus congeneribus ſpeciebus non impoſuit. Excuſandus eſt, ubi non certus fuit de ſpeciei denominandæ genere. Subtraxit forte *Rajus* ſe, ne multis novis nominibus oneraret Botanicen: ſed puto mille nova nomina minus onerare Botanicen, ſi bona, quam decem mala. Et ſi non ſelecta a Syſtematicis, qui genera intelligunt, ſperanda ſunt, multo minus ab Empiricis.

214. *Quæcunque plantæ genere differunt, diverſo nomine generico deſignandæ ſunt.*

Hic aphoriſmus omnino idem eſt cum antecedenti, ex vi oppoſitorum; argumentandi cauſſa eundem diſtinctum volui.

Uti ex antecedenti (§. 213.) ſolo nomine ideam plantæ alicujus, licet ignotæ, nobis repræſentavimus; ſic hic omnino contra; nam ſi nomen falſum, fit etiam falſus conceptus. Si e. gr. quis diceret, ſe obſervaſſe ſingularem *Equiſeti* ſpeciem foliis circa caulem poſitis, bifurcatis, leviſſimis ſpinis obſitis, ego mox revocarem in memoriam ſpecies *Equiſeti* ſecundum Genus 777, nec ſomniarem de *Charæ* alicujus ſpecie 801.

Veteres, qui nullis gaudebant certis fundamentis in re Botanica circa denominationem, ex facie, foliatura, ſimilibuſque impoſuere ſua genera, & inde nomina generica; ſucceſſit in quibuſdem ſæpe caſu bene ob convenientiam faciei in naturalibus generibus, attamen ſæpius mirum in modum hallucinati ſunt, qui fundamentum fructificationis ignorarunt, uti patet ex allegatis exemplis.

Trifolium	arboreſcens	*Cytiſus.*
	acetoſum	*Oxalis.*
	corniculatum	*Lotus.*
	falcatum	*Medicago.*
	fragiferum	*Fragaria.*

	hepaticum	*Hepatica.*
	paluſtre	*Menyanthes.*
	pratenſe	*Trifolium.*
	ſpinoſum	*Fagonia.*
Conſolida	major	*Symphytum.*
	media	*Ajuga.*
	minor	*Brunella.*
	minima	*Bellis.*
	rubra	*Tormentilla.*
	aurea	*Ciſtus.*
	regalis	*Delphinium.*
	ſarracenica	*Solidago.*
	paluſtris	*Comarum.*
Millefolium	vulgare	*Achillæa.*
	nobile	*Tanacetum.*
	cornutum	*Ceratophyllum.*
	pennatum	*Myriophyllum.*
	lenticulatum	*Utricularia.*
	aquaticum	*Coriſpermum.*
	fol. Abrotani	*Ranunculus.*
Lyſimachia	lutea	*Lyſimachia.*
	ſpicata	*Lythrum.*
	corniculata	*Œnothera.*
	ſiliquoſa	*Epilobium.*
Equiſetum	paluſtre	*Equiſetum.*
	fœtidum	*Chara.*
	polyſpermum	*Hippuris.*

215. *Nomen genericum in eodem genere* unicum *erit.*

Quemadmodum unumquodque nomen ſuum genus, ita & unumquodque genus proprium, & unicum habere debet nomen; non duo, multo minus tria.

Gerat itaque ſpecies ſingula plantarum in frontiſpicio ſui generis nomen, ſub quo militat, ergo hoc unicum ſit, non duo, multo minus tria, niſi in eorum caſtra deſcenderemus, qui credunt genera eſſe arbitraria, unamque eandemque plantam & poſſe genere conjungi, & diſtingui cum his vel illis;

vel etiam, qui putant se aliquod genus, maxima ratione, modo lubeat, dividere, dum minimam investigarunt notam falsi testimonii caussa. Ut hæc non decent doctos, sic nec eos plura, quam unicum nomen in uno genere proponere.

Quid sibi velit hoc alterum nomen, ego non capio; an credidere autores ipsi se de genere vero hallucinasse? Et si antecedens pro vero, hoc certe spurio salutetur vocabulo, & sequens nomen nil erit nisi echo sanos sensus perturbans.

Sed forte existant, qui hoc nomen sub differentiæ specificæ defendant tegmine, & in differentia desiderent totam quantam historiam plantæ. Quam vero falluntur, ex sequentibus patebit, ubi tegmem aperiam in specie.

Duplicia.

Aconitum cær. s. *Napellus*. C. B.
Aconitum salut. s. *Anthora*. C. B.
Alsine sperg. sac s. *Spergula*. C. B.
Anacampseros vulgo. *Faba crassa*. T.
Apium s. *Petroselinum* crisp. C. B.
Aquifolium s. *Agrifolium* vulgo. T.
Cnicus sylv. hirs. s. *Carduus* benedictus. T.
Cyanus mont. lat. s. *Verbasculum* cyanoides. C. B.
Chamædrys pal. canesc. s. *Scordium* off. T.
Dipsacus sylv. s. *Virga pastoris* maj. C. B.
Elichrysum s. *Stœchas* citrina. C. B.
Grossularia mult. acin. s. *Ribes* off. C. B.
Jasminum s. *Gelseminum*. T.
Lotus s. *Melilotus* pr. min. glab. T.
Mentha aqu. s. *Pulegium* vulgo. T.
Orobanche spuria s. *Corallorrhiza*. Rp.
Oxycoccus s. *Vaccinia* palustr. T.
Symphytum s. *Consolida* major C. B.
Trifolium arv. hum. spic. s. *Lagopus*. C. B.
Granadilla Hispanis, *Flos passionis* Italis. T.

Triplicia.

Jujuba ind. &c. s. *Œnoplia* s. *Napeca* ind. Br.

216. *Nomen genericum in eodem genere* idem *erit.*

Cum genera secundum varia Systemata non magis trans-

formari debeant, quam ſpecies eædem ſub diverſo ſi ponerentur genere, ſequitur quod nec nomina generica differentia ſint.

Quot enim mihi ſunt nomina generica, tot erunt notiones ſeu genera: ſi plura ſint, confuſionem pariunt.

Diſſenſum nominum ortum fuiſſe a neglectis eorum requiſitis, certum eſt; in poſterum meliora ſperamus tempora, cum cautius agendum erit. Antea nulla fuit ratio circa nomina rejecta; cur rejecerunt, quibuſve argumentis hæc reſpuebant, non dixerit centeſimus quiſque: an ſciverint, ipſe ignoro.

Quanta fuerit a diverſitate nominum omni ævo orta confuſio dicat *Bauhinus*, qui in his intelligendis quadraginta conſumſit annos; teſtabitur & *G. Sherard*, qui ad ultimum uſque hanc extricare allaboravit. Hic vero tantummodo ſermo eſt de genericis, quæ, ſi examinemus, Veterum nominibus certe hoc ſeculo, parum præſtant. Et quam multa adhuc mutenda reſtent, antequam depurgata habeantur, quiſque facile perſpiciat.

Unicum quod petam, heic erit, ne credant, qui nova exſtruunt Syſtemata, ſibi dignum, ſibi in poteſtate eſſe, eam ob cauſſam, mutare nomina; certe nullo privilegio hoc obtinetur, niſi nomina per ſe falſa ſint, & tum ſub cujuſcunque tribunali accuſari poſſunt & dijudicari.

Aſclepias *Hk.* Craſſa *Rv.* Aizoides *Kr.* Stiſſeria *Hſ.*	*Stapelia.*
Aſclepias *T.* Vincetoxicum *Hk.* Hirundinaria.	*Aſclepias.*
Eſula *Rv.* Tithymalus *T.*	*Euphorbia.*
Menyanthoides *V.* Plantaginella *D.* Limoſella *Ld.*	*Limoſella.*
Viola aquatic. *Rj.* Mæriophyllum *Rv.* Stratiotes *V.* Hottonia *B.*	*Hottonia.*
Mirabile *Mr.* Mirabilis *Rv.* Jalapa *T.*	*Mirabilis.*

Symphytum *T.* Consolida *Rv.*	*Symphytum.*
Phu *Rp.* Valerianoides *Kn.* Ocymastrum *Pn.*	*Valeriana.*
Stramonium *T.* Datura *Hk.*	*Datura.*
Echium scorpioides *Rj.* Myosotis *D. Rp.* Scorpiurus *Kn.*	*Myosotis.*
Oxys *T.* Acetosella *Rv.*	*Oxalis.*
Plumbago *T.* Dentellaria *Rj.*	*Plumbago.*
Lysimachia *T.* Nummularia *Rp.*	*Lysimachia.*
Nepeta *Rv.* Cataria *T.*	*Nepeta.*
Tetrahit *D.* Ladanum *Rv. Kn.* Cannabina *B.* Cannabis spuria *Rj.*	*Galeopsis.*
Scutellaria *Rv.* Cassida. *T.*	*Scutellaria.*
Squamaria *Rv.* Anblatum *T.*	*Squamaria.*
Isatis *T.* Glastum *Rv.*	*Isatis.*
Keiri *Rp.* Leucojum *T.*	*Cheiranthus.*
Leucojum *Rp.* Narcisso leuc. *T.*	*Leucojum.*
Spergula *D.* Arenaria *Rp.*	*Arenaria.*
Radiola *D.* Linoides *Rp.* Chamælinum *V.*	*Linum.*

Populago *T.* } *Caltha.*
Caltha *Rp.*

Adonis *D.* } *Adonis.*
Eranthemum *Kn.*

Stratiotes *Gd.* } *Stratiotes.*
Aloïdes *B.*

Aconitum *Rv.* } *Helleborus.*
Helleboroides *B.*

Ranunc. globofus *Rj.* } *Helleborus.*
Helleboro-Ranunc. *B.*
Trollius *Rv.*

Podagraria *Rv.* } *Ægopodium.*
Ægopodium *Kn.*

Daucus *T.* } *Daucus.*
Staphylinus *Rv.*

Anthyllis *Rv.* } *Anthyllis.*
Vulneraria *T.*

Poliifolia *Bx.* } *Andromeda.*
Chamædaphne *Bx.*
Ledum *M.*

Falcata *Rv.* } *Medicago.*
Medicago *T.*

Medica *T.* } *Medicago.*
Cochleata *Rv.*

Ternatea *T.* } *Clitorea.*
Clitorius *D.*

Corydalis *D.* } *Fumaria.*
Cyfticapnos *D.*

Corindum *T.* } *Cardifpermum.*
Veficaria *Rv.*

Nafturt. ind. *Rj.* } *Trophæum.*
Acriviola *B.*
Cardamindum *T.*

Echinopus *T.* } *Echinops.*
Sphærocephalus *Rv.*

Serratula *D.* } *Serratula.*
Jacea *P.*

Jacea *D.* } *Centaurea.*
Cyanoides *Pn.*
Chironia *Rv.* } *Centaurea.*
Centaurium maj. *T.*
Rapontium *Kn.*

217. *Nomen genericum unum idemque, ad diverſa deſignandum genera aſſumtum, altero loco excludendum erit.*

Expertus loquar: quanta confuſio, quanta memoriæ imponantur onera vix ferenda, dum eadem nomina a variis ad diverſa trahantur genera. Juvenis adhuc, inhærens premenſque veſtigia Tournefortiana, & Riviniana ſimul, maxime excruciabar, cum libros & methodos mutarem, alternaremque: non enim erant amplius Aconitum, Angelica, Caltha, Cicutaria, Damaſonium, Pimpinella, Glaux, Syringa, Veſicaria, Thlaſpidium, eædem plantæ apud Rivinianos cum iis, quas jamjam legeram in campis Tournefortianis Nomina, quæ ante in memoria fixa erant ſimul cum certo genere, mox debuere expungi, & alium tenere locum: quæ mutatio extemporanea vix potuit ſine confuſione diſponi; nec me, cui hæc contigerit, ſolum eſſe, forte Lector agnoſcat.

Fateor, me potius retinere velle decem nova nomina, quam unicam talem mutationem in fida memoria. Nulla tamen eſſet ratio omnino expungendi iſta nomina e Botanica, & nova introducendi in eorum locum, ob ſolum abuſum Autorum.

Cannabinam H. L. nunquam potui apud Auditores meos conciliare: cum nomen hoc idem in eodem libro duplici in loco occurrat, diſtinctiſſimaque duo genera deſignet: altero in loco impoſita Galeopſi cum Heuchero, altero vero Cannabi cum Tournefortio.

Ergo, ſive hæc confuſio facta ſit ex ignorantia, dum quis non noverit alterum ſynonymum genus; ſive ex diſſenſu, dum alter nomen ad hoc, alter vero ad aliud genus trahere ſtuduit ad imitationem Veterum, vel pharmacopolarum, debemus nos iſtud idem altero loco excludere, cum idem nomen non perſiſtere queat diverſa cum idea: idem enim genus idem nomen gerat in omni, licet diverſiſſimo, Syſtemate.

TOURNEFORTIUS ergo. *Neque duo diverſa nomina cum eadem notione, nec duæ notiones cum eodem nomine conjungi*

debent, nisi forte in eorum sententiam eamus, qui Rem Herbariam sine ordine instituendam esse contendentes, solo usu diuturno addiscendam existimant.

Anguina	*Tr.*	*Calla.*
	M.	*Trichosanthes.*
Aconitum	*T.*	*Aconitum.*
	Rv.	*Helleborus.*
Angelica	*Rv.*	*Angelica.*
	T.	*Ægopodium.*
Asclepias	*T.*	*Asclepias.*
	Hk.	*Stapelia.*
Alsinanthemos	*Rj.*	*Trientalis.*
	Kr.	*Alsine.*
Arisarum	*T.*	*Arum.*
	Rv.	*Calla.*
Boletus	*D.*	*Boletus.*
	M.	*Phallus.*
Caltha	*T.*	*Calendula.*
	Rp.	*Caltha.*
Cannabina	*T.*	*Cannabis.*
	Hk.	*Galeopsis.*
Cortusa	*B.*	*Cortusa.*
	Pl.	*Thalia.*
	Hk.	*Mitella.*
Cameraria	*Pl.*	*Cameraria.*
	D.	*Montia.*
Cicutaria	*T.*	*Levisticum.*
	Rv.	*Cicuta.*
	D.	*Ethusa.*
Cornucopioides	*Kn.*	*Valeriana.*
	Sch.	*Cornucopiæ.*
Daphne	*Kn.*	*Ruscus.*
	*	*Daphne.*
Dillenia	*Hs.*	*Sherardia.*
	L.	*Dillenia.*
Glaux	*T.*	*Glaux.*
	Rv.	*Astragalus.*
Leucojum	*T. Ds.*	*Cheiranthus.*
	Rp. Th.	*Leucojum.*
Ledum	*Rp.*	*Ledum.*
	Rj.	*Erica.*

Lunaria	*T.*	*Lunaria.*
	Rp.	*Osmunda.*
Myosotis	*T.*	*Cerastium.*
	Rp. D.	*Myosotis.*
Myriophyllum	*Pn.*	*Myriophyllum.*
	Rv.	*Hottonia.*
Pimpinella	*T.*	*Sanguisorba.*
	Rv.	*Pimpinella.*
Sherardia	*D.*	*Sherardia.*
	V.	*Verbena.*
	Pn.	*Galenia.*
Stratiotes	*V.*	*Hottonia.*
	Gd.	*Stratiotes.*
Sempervivum	*Hk.*	*Mesembryanthem.*
	Rp.	*Sempervivum.*
Syringa	*T.*	*Philadelphus.*
	Rv.	*Syringa.*
Spergula	*CB.*	*Spergula.*
	D.	*Arenaria.*
	Rp.	*Sagina.*
Scorpiurus	*Kn.*	*Myosotis.*
	L.	*Myosotis.*
Vesicaria	*T.*	*Alyssum.*
	Rv.	*Cardiospermum.*

218. *Qui novum genus constituit, eidem nomen imponere tenetur.*

Ansam Aphorismi præbuit Nob. KLEINI Tractatus nomine, Nec *Cacalia*; nec *Cacaliastrum*; an *Tithymaloides*? ubi, cum Autor optime descripserit fructificationem, & distincti generis plantam esse ostenderit, concludit demum, sibi in potestate non esse, istud novo designare nomine.

Certum est, nullum plantam nominare debere, nisi sit Botanicus §. 213. nec ulli licere nomen genericum imponere, qui genera non intelligat; at vero qui noscit plantam distinctissimi esse generis ab aliis omnibus, etiam sciat distinctum imponere nomen, nulli dubitamus.

Patebit attendenti ad plantas anonymas Marcgravii, nullas in toto opere difficilius teneri istis anonymis. Cum enim aliquod habeam nomen, etiam aliquam inde in mente concipio

ideam, quo eam, ſic dictam, referam: de anonymis vero, ſi pluribus, non item.

Quam abſurde progrediantur Naturaliſtæ plurimi circa inſecta, qui hiſtoriam tradunt, figuras exibent, nomina vero nulla addunt; nullum non percipere credo; ſic & in Botanicis.

Longe itaque præfero Barbara iſta nomina Horti Malabarici iſtis nullis Merianæ circa plantas Surinamenſes; & certe ſi non aliam ob cauſam, ad minimum Synonymorum ergo; quam facile enim incurrit error typographicus in citatione, ubi ſi nullum nomen allegatum, ſeducitur Lector.

Anonymos 1. 2. 3. &c. *Marcgr.*
Anonymos ſ. ignota *Cl.*
Anonymos . . . . . . *H. A.*
Anonymos in Malavar *Gar.*
Hippogloſſo forte cognata *Br.*
Acaciæ ſimilis *Br.*
Acaciæ quodammodo accedens *Br.*
Alno affinis *Br.*
Dictamno forte affinis *Br.*
Cytiſo quodammodo affinis *Br.*
Linariæ aliquatenus ſimilis *J. B.*
Anetho ſimilis planta *Br.*
Indigena alpium Sabaudiæ *Boc.*
Jaſmini flore planta *Pet.*
Oleandri folio lucido frutex *Pet.*
Papilionaceo flore planta *Pet.*
Methonicæ folio planta *Pet.*
Tetragono fructu arbor *Pet.*

Nec Cacalia, nec Cacaliaſtrum an Tithymaloides *Kleini. Kleinia.*

219. *Nomen genericum immutabile figatur, antequam ſpecificum ullum componatur.*

Si ulla Scientia maximis expensis excoli teneatur, certe Botanica illa est Botanico enim necessaria sunt: α. Bibliotheca pretiosissima ob tabulas æneas. β. Libri fere omnes, qui unquam prodiere. γ Hortus plantis vivis instructissimus, cum variis suis hybernaculis, hypocaustis. δ. Commercia literaria per totum fere orbem. ε. Itinera in varias dissitas regiones. ζ. Sumtuosa educatio in pingendo, studendo, perlegendo, evolvendo, quæ tamen omnia, nisi natus sit Botanicus, vel acerrimo gaudeat ingenio, felicem Botanicum nunquam constituunt. Cumque quis demum Botanicus existat, nullum inde lucrum, nullos reditus exportat: pauca & munera, quæ eum vocent, occurrunt: hinc nisi Opulenti & Ditissimi Viri, Reges, & Magnates arti opem adferant, sumtibusque necessariis sublevent, pauci existerent Digni Botanico nomine.

Debemus itaque nos gratum testari animum, & intra forum nostrum in recenti perennique memoria istos retinere Viros, qui salutem reipublicæ nostræ promoverunt; Hi licet ni verbum, ne observationem ipsi communicaverint, tamen per alios aptos ista nobis attulere observata, quæ Magnatum liberalitate destituti, apti præstarent unquam.

Immortalis itaque memoriæ Imperatores & Reges erint, qui Hortos Publicos condidere, Professiones Botanicas instruxere, in exteras terras Botanicos Botanices causa emisere, inter quos omnes præ reliquis eminet Ludovicus XIV. Magnus, nobis certe Maximus.

Promotores sancti nobis habendi, qui privatis opibus arti opem tulerunt: uti Princ. *Borbonius*; Magnates *Maurocenus*, *Sherardus*, *Beaumontius*, *Cliffortius*, *Pereskius*, *Bosius.* Non ipsis nimium dedisse videamur, si plantæ nomen offeramus: tamen plus honoris, immortalem scilicet memoriam,

noſtra innocenti arte reportant, quam ſi ſtatuas vel templa exſtruerent, arces, aut urbes conderent.

Inventores, qui multas detexerunt plantas novas, unicam pro ſe retinere poſſe, juſtus Judex vix negaret.

Medicorum Veterum nomina plantis, quæ impoſita, retineo, cum & illi ſua ſub epocha clara extitere ſidera.

Regum Veterum itidem ſancta habeo nomina, cum iſti, dum Imperantes erant, licet olim, artis noſtræ æſtimatores fuere.

Poetica retineo, cum inſignes communiter fuere Viri, nomen a Poetis famigeratiſſimum qui obtinuere.

Divino autem nomine inclaruere, qui ob ſapientiam, Doctrinam, Inventum, ſe apud Veteres immortali nomine dignos præſtitere.

α. Poetica.

Andromeda.
Adonis.
Actæa.
Canna.
Circæa.
Crocus.
Daphne.
Hyacinthus.
Iſis.
Mentha.
Myrſine.
Narciſſus.
Phyllis.
Smilax.
Syringa.

β. Deorum.

Apollinaris.	*Appollinis inventum.*
Atropa.	*Atropos una furiarum.*
Dryas.	*Dryades Deæ quercuum.*
Hymenæa.	*Hymenæus Deus conjugii.*
Ixora.	*Ixora Deus Malabarorum.*
Mercurialis.	*Mercurii inventum.*
Muſa.	*Muſæ ſtudiis conſecratæ.*
Najas.	*Najades Deæ aquarum.*
Nymphæa,	*Nymphæ Deæ aquarum.*

Nyſſa.

Nyssa. *Nyssa Nympharum una.*
Serapias. *Serapias Deus lasciviæ Alexandrin.*
Satyrium. *Satyri Dii sylvarum lascivi.*

γ. Regum.

α. Clymenum. *Clymenus Rex.*
Eupatorium. *Eupator, Mithridates?*
Gentiana. *Gentius Rex Illyriæ, inventor.*
Lysimachia. *Lysimachus Reg. Sic. Agathoclis filius.*
Pharnaceon. *Pharnaces Rex.*
Telephium. *Telephus Rex Mysiæ.*
Teucrium. *Teucer Rex Trojæ, inventor.*
Valeriana. *Valerius Rex.*
β. Artemisia. *Artemisia Regis Mausoli uxor.*
Althæa. *Althæa Beg. Œnei, uxor, Calcedon.*
Helenium. *Helena Regis Menelai uxor, Spart.*
γ. Bellis. *Belli Regis Daniæ filii.*
δ. Carlina. *Carolus* V. *Magnus Imper. Germaniæ.*
Borbonia. *Borbon Gaston, Ludov.* XIV. *patruus.*
Eugenia. *Eugenius Princeps Sabaudiæ.*

δ. Medicorum.

Asclepias. *Æsculapius Princeps Medicorum.*
Achillæa. *Achilles Centauri discipulus.*
Athamanta. *Athamantis inventum.*
Centaurea. *Centhaurus Latinis.* } idem.
Chironia. *Chiron Græcis.* } idem.
Euphorbium. *Euph. Jubæ Reg. Mauritaniæ medicus.*
Heracleum. *Heraclides, Hippocratis pater.*
Musa. *Musa Anton. Augusti Cæs. medicus.*
Melampodium. *Melampus medicus græcus.*
Pæonia. *Pæon Herculis medicus. Hom. Od.* ϛ.

ε. Promotorum.

Bignonia. *Bignon. Abb. Præf. S. Gall.*
Bosea. *Bose Senator Lipsiensis.*
Cliffortia. *Clifford Nob. Belga. J. V. D.*
Gakenia. *Gakenholsius Prof. Helmst.*
Maurocena. *Maurocenus Senator Venet.*

Petrea.	*Petre Nobilis Anglus.*
Pereskia.	*Pereskius Senator Aquisextiensis,*
Sherardia.	*Sherard Consul. Smyrnæ.*

ζ. *Inventorum.*

Brunia.	*Brown Chirurgus Anglus.*
Collinsonia.	*Collinson Mercator Londinensis.*
Claytonia.	*Clayton Merc. Angl. in Virginia.*
Catesbea.	*Catesby Angl. peregr. Carolinæ.*
Nicotiana.	*Nicot Legatus Galliarum 1560.*
Sarracena.	*Sarracenus Prof. Bot. in America.*

238. *Nomina generica ad Botanici bene meriti memoriam conservandam constructa, sancte servo.*

Si ullus e meis Aphorismis adversarios alliciat, certe hic, ut prævideo: quum omnes, imo vel Botanici, qui vix limina Rei Herbariæ calcarunt, si hic bonos non ipsis jamjam accesserit, eum aliis invideant. Et quam multi exsurgant Vaillantii, qui plantam sibi adsignatam primo magni æstiment, aliis consimiles honores offerant: at viso genere proprio, minus certo, nec ab aliis recte separato, (quamvis errarent in proprio genere) transformatur mox mira metamorphosi amor in invidiam, quæ ipsis antea honos, jam macula Botanices erit; quæ extruxerunt quondam fauste, diruunt crudeles, reædificant, nec meliora condunt.

Argumentum adversariorum quod novi, hoc unicum est: Nomen & planta sunt duæ ideæ, quæ ita conjungi debent, ut nullo modo separentur; hoc ut fiat, debet planta manum præbere nomini, nomenque reciproce plantæ, dum nomen gaudet reciproce ratione denominationis; inter botanicum & plantam cum nulla sit connexio, nulla atiam ratio denominationis. Ergo mala.

Responsum iis sit. Qui attente examinat omnia nomina generica, ipsi patebit non quinquagesimum horum notam aliquam essentialem generis, vel commune speciebus omnibus attributum continere, ut ulla fiat connexio; Ergo si omnia nomina generica, quæ non annectuntur plantæ, quis velit rejicere, novaque condere, quæ digna sunt, sit argumenti locus. Hoc cuum nullum præstare posse prævideo, dico me potius servare velle nomen, quod nullam cum genere ob-

tinet connexionem, quam quod contrarium eſt alicui ſpeciei ſui generis, uti numeroſa exiſtunt; communiter enim impoſita fuere nomina generica primæ detectæ ſpeciei ſui generis, ſecundum notam, quam hæc prima prabuit: reliquæ vero poſtea inventæ eandem non ſubminiſtrarunt. Parum dein refert, unde deſumatur nomen genericum, cum omne gaudeat ſuo charactere, ſua definitione; quid Anglia cum Angelo? An Petrus erit inſtar petræ durus? Licet itaque, ubi nomen eſſentiale inveniri nequit, unde placet, nomen quærere, abſque damno Botanices. Ergo præ me fero, quod prius exſtirparem omnia nomina generica, quæ eſſentiam generis in ſe non continent, quam unicum a Botanico bene merito.

Connexio nominis, a Botanico derivati, cum planta, nulla vulgo creditur; at, qui vel leviter in Hiſtoria literaria verſatus eſt, facile vinculum, quo connectat nomen, & plantam reperiet, imo tanta cum ſuavitate, ut e memoria decidat nunquam. e. gr. pauca proponam.

Bauhinia foliis eſt bilobis, vel quaſi duobus ex eadem baſi enatis, a nobili iſto Fratrum pari Bauhinis.

Scheuchzeria eſt graminea & Alpina, a celebri iſto Fratrum pari Scheuchzeris, quorum alter in Graminibus, alter in Alpinis Plantis excelluit.

Rivina eſt arbor ſempervirens, ſemperflorens, ſemper fructum ferens, a florentiſſimo ſui ævi Botanico dicta.

Piſonia eſt arbor ſpinis horrida; horrenda certe memoria Viri, ſi vera, quæ Marcgravii affinis objicit Piſono, quod Piſonus ſua omnia a Marcgravio poſt mortem habuerit, &c. vide & confer ipſe objectiones, confer & ſcripta Marcgravii cum Piſonis.

Commelina floribus tripetalis, petalis duobus ſpecioſis, tertio non conſpicuo; a duplici Commelino; tertius enim ante fata nil præſtitit in Botanicis.

Dalechampia planta diverſis floribus, ut diverſi autores Hiſtoriæ Lugdunenſis.

Dorſtenia, cujus flores minus ſpectabiles, quaſi obſoleti vel antiqui, ut Dorſtenii opus.

Hermannia flores profert diſtinctiſſimos ab omnibus aliis; natione Africana; a Botanico, qui diſtinxit ſe ab aliis ſua doctrina, ſuo labore; quique Africanæ Floræ januas aperiit, cujus palatium intravit, ejuſque gazophylacio ſatur exiit.

Hernandia arbor Americana, foliis omnium arborum ſpecioſiſſimis, floribus minus evidentibus; a Botanico, cui ſumma

obtigit fortuna, qui fummum habuit ftipendium, ut Americæ naturalia inveftigaret: utinam fructus repondiffet impenfis!

Magnolia arbor foliis & floribus fpeciofiffimis, a fplendidiffimo Botanico.

Plukenetia planta floribus maxime fingularis ftructuræ, ut Plukenetius inter Botanicos.

Plumieria arbufcula Americana, floribus fulgentiffimis, uti Plumier inter Botanicos Americanos.

Burmannia planta Zeylanenfis duplici fpica, cum Autor fuos labores adjunxerit Hermanno de plantis Zeylanicis.

Dillenia flore & fructu omnium fpeciofiffimo, ut Autor inter Botanicos.

Gronovia planta fcandens, attrahenfque plantas omnes; a Viro, qui in colligendis plantis paucos pares habuit.

Milleria planta Americana, cujus calyx arcte clauditur, femenque unicum, alterumve undique involvit, a Viro, qui in conquirendis feminibus Americanis raris, ftudiofeque ea fervandis & communicandis multam impendit operam.

Knautia flore regulari, e flofculis irregularibus, feminibus corio tectis: a Viro qui in regularitate & irregularitate florum, feminibufque nullis nudis, falutem Botanices ftudiofe quæfivit.

Kæmpferia planta apud Japonenfes celebris, a Kæmpfero defcripta: a Viro, qui de Japonicis præ reliquis meruit.

Linnæam dixit Cel. Gronovius plantam Lapponicam, depreffam, vilem, neglectam, brevi tempore florentem, a confimili fuo Linnæo.

Has & fimiles fi nobis ipfis formemus ideas, lufus inftar oblectabilis tractatur Scientia noftra, præfertim a Tyronibus, & juvenilibus in annis.

Neceffe eft infuper unicuique Botanico, ut hiftoriam artis, quam tradit, teneat, fimulque Autores omnes cum fuis nominibus nofcat, eaque memoriæ mandet; hæc nomina, memoriæ tabulæ infcripta, fi plantis impofita fint, fublevatur memoria, nec nova nomina generica iterum conficienda de novo, quæ memoriam onerent.

Qui ftudiis vitam, quam vixerunt jucundiffimam, impenderunt in aliis fcientiarum partibus, cum aliquid egregii præftiterint, eorum nomen rei præftitæ femper addi folet; fic in Medicis, Anathomicis, Pharmaceuticis, Chymicis, Chirurgicis, &c. hinc circulatio *Harvæana*, Glandulæ *Nuckianæ*, *Bartholinianæ*, *Peyerianæ*, *Warthonianæ*, Pancreas *Wirfungii*, Ductus *Pec-*

quetii, Antrum *Highmori*, Tubus *Torricellianus*, Pilulæ *Fracastorii*, *Ruffi*; *Mithridatium*, &c. Cur itaque denegabimus otanicis omne præmium? omnes honores? omnem memoriam? O infausto sidere nata scientia absque ullo præmio! Tu sola!

Quod insulæ a suis primis hospitibus Europæis nomina non habuere? imo quarta pars orbis, a levi homunculo *Americo*, quod nullus ipsi disputaret nomen, obtinuit.

Quis neget inventori inventi partem? Quis Botanicorum clarus exstiterit, qui non, vel multas invenerit, & detexerit novas plantas (ut Plumier, referente Tournefortio, solus plus quam 900 novas species) vel artis fundamenta exstruxerit? Ab inventore tamen plantas denominare non ubique locum concedit Scientia, nisi novum genus, ubi nec facile alia reperiri potest nota. Nonne itaque idem sit, sive inventori partem inventi concedam, sive ejusdem pretium?

Quid quærunt mortales in globo hocce lubrico & horario magis, obtenta supellectili ad vitam maxime necessaria, quam quod levis modo & honesta recordatio nominis, computrescente infirma nostra &, post fata, nauseosa machina, perveniat ad posteros, duretque per aliquot dies ulterius? Quod Heroes, quot Reges & Imperatores, quot Fortes & Strenui non hanc ob causam solam ingluviem furentis Bellonæ incurrerent, ut modo posteris nomen eorum esset fabula, & cum fabula memoria? Cur non idem Botanicis, qui nec minora ausi sunt.

Quinam labores, quænam Scientia tædiosior & durior esset Botanica, nisi singularis aliquis & incantatus, nescio ipse qualis, amor nos sæpe in hoc studium raperet, ut plantarum amor sæpe superet amorem nostri ipsius. O bone Deus! dum aspicio fata Botanicorum, an sanos vel insanos in plantas eos dicam, hæreo profecto; exempla producam.

Ego juvenilibus in annis introeo deserta Lapponiæ, linguæ & moribus Lapponum non addictus, victio absque pane, & sale; sola aqua & carne. vitæ subeo discrimina in monte Skula, in Finmarkia, montibus glacialibus, a naufregio, inter nebulas; pedestri itinere sylvas & Alpes pertranseo, ut modo plantas legam paupercrimæ FLORÆ LAPPONICÆ.

Scheuchzerus dimittit commodam professionem, ut in Alpibus exclamaret, non omnibus volupe esse anhelos aeriosque conscendere, vel etiam superare montes, multa pati rerum, ipsius quoque sanitatis & vitæ discrimina; vincere famem,

frigus, æſtum, pluviam, ſaxa, laſſitudinem: quæ omnia uno ſæpe eodemque die fuere obvia, & in itinere Alpino ſeſe haud ſemel exhibuere guſtanda.

Tournefortius redux gloriatur ſe Alpium juga, Pyrenæorum ſaltus, Hiſpaniæ receſſus, Luſitaniæ ericeta, Belgii prata, & Britanniæ colles peragraſſe: vix vero efflavit, antequam ſe beatum prædicat, quod mox potuerat, dimittere ſuam profeſſionem, committere ſe ſpumanti mari, Turcis, Barbaris; milleque incurrere in diſcrimina, ut modo plantas legeret.

Plukenetius plantas divitiis omnibus præfert: nil parcit, ut raras modo depingat, in quas, ut fere nullus, ſic arſit.

Cluſius ſubit in itineribus difficultates, & mala omnia, ut plantas deſcribat.

Paulli (Simon) inter lapides quærendo plantas, crurifragio ſe exponit.

Clutius (Augerius) per deſerta vagans Barbariæ ter captus fuit, ter omni ſupellectili ſpoliatus.

Guilandinus in peregrinationibus Botanicis a piratis capitur, catenis ferreis ligatur: nec inde diſceſſiſſet, niſi Fallopii ære redemtus.

Rumpſius rejicit ſummam ſibi oblatam fortunam: incommoda ſubit omnia, ut Amboinæ rariora naturæ colligat, examinet, & deſcribat, licet oculi inde cæcutiant, licet ſenex in atra nocte vivat ad mortem.

Barrelierus ex itineribus Botanicis aſthma contrahens periit.

Michelius ſero autumno inſtituit iter Botanicum, redditque corpus debile, pleuritidi & peripneumoniæ obnoxium, quibus accenſis periit.

Cornacchinus (Horatius) geſtiens videre plantas Alpium & inſulæ Ilvæ, in ipſis diebus canicularibus, climate calido, accenſa febre corripitur in juvenilibus annis, periit.

Rudbeckius (Ol. Pater) qui animo movebatur nunquam, videns duodecim tomos Camporum Elyſiorum diu elaboratorum flamma auferri, triſtatur, ſenſimque evaneſcit, & perit.

Sherardus (Guilielmus) conſumens noctes dieſque in elaborando Phytopinace, unde μαρασμὸν contrahens periit.

Vaillantius tempore autumnali conquærens Muſcos, in tuſſim incidens tandem calculoſam perit.

Hermannus in horto tempore hyemali ſollicitus magis de

plantis, quam corpore, ex itinere Africano & Zeylanico exhausto, peripneumoniam accelerat; perit.

Oldenlandus patriæ præfert raras plantas Capitis Bonæ Spei, ubi climatis insueti causa, perit

Plumier ter adit Americam, toties se bis infido Neptuno objicit, toties difficultates summas maris, climatis mutationes, &c. vili facit, modo plantas colligat; nec hisce contentus, quarta vice adgreditur, perit.

Marcgrevius non contentus Americanis spoliis, & Africam exhaurire tentat, ubi perit.

Lippi (Augustus) gradui Doctoratus peregrinationem in Ægyptum & Æthiopiam præfert, transfossus misere a sicariis in Abyssinia, perit.

Bannister Virginiæ perlustrans plantas, prærupta scandens, in loco lubrico titubans infelici lapsu conquassatus perit.

Plures enumerare supersedeo, de quibus plena sunt Autorum scripta: & quivis ipse scit, quot laboriosos dies, insomnes noctes, horas sibi ad alia necessarias, sumtus enormes impenderit, modo ut aliis inserviat.

sic vos non vobis. . . . .
sic vos non vobis. . . . .
sic vos non vobis. . . . .
sic vos non vobis. . . . .

Puto itaque nil superflui vobis accidere, si nomen vestrum, memoriaque vestra celebris reddatur per ea, quæ sedulo & summo cum sudore peregistis. Ah! quam exiguam mercedem tantum reportat laboris, & quam acceptum munus sit accipienti; tametsi enim veræ & genuinæ arboris vitæ, quæ senectutem vestram retardaret, notitia perierit, herbæ nihilominus extant, reflorescunt, & perenni gratitudine semper spirabunt suavem nominum vestrorum memoriam, eaque marmore firmiora, Regum & Heroum diutius conservabunt; Opes enim dilabuntur; Ædes nitidissimæ corruunt; Familia numerosissima aliquando deficit; Civitates maximæ & Regna florentissima subverti possunt: at natura prius universa deleatur oportet, quam pereat vegatabile genus, & ignoretur ille, qui in Botanicis facem prætulerit. *Peuz.*

Heu! qualis labor sine præmio! An vobis, Amicissimi Botanici, non arrideat, præmium quoddam in vestra potestate habere, quo meritis occurrere queatis; quo egregios Viros

excitare? Cur invideatis dare, quod abſque veſtro damno liceat? Si vobis inſcriptorum Botanicorum labores leves videantur, ex iſtis ſcopulis, ubi eorum præſtita fuere affixa, ea deſumere deberetis. Si quis itaque immanitate adeo Barbarus ſit, ut ipſis hæc invideat, deſtruat: ego non faciam, ſed modo, quæ mihi digna videntur, ſuadeo; veſtraque nomina ſancta habeo.

Incepere a Viris plantas nominare Hippocrates, Theophraſtus, Dioſcorides, Plinius, Juba; inſtitere Mathiolus, Cluſius, Petiver; continuarunt Plumierus, Tournefortius, Boerhaave, Vaillant, Petitus, Ruppius, Dillenius, Pontedera, Michelius, Heiſterus, Houſtonus, Gronovius.

Plumier ſolus plura genera a Botanicis dixit, quam alii omnes: nec hæc invideo, ſed longe præfero reliquis ejus barbaris omnino nomenclaturis. Dixi & *ego* plures ab Autoribus Botanicis; ſi me tam ſplendidum donum in indignum quendam adjeciſſe videatis, revocate juſti judices, & ego revocabo; nimis enim multa uno eodemque tempore ſeſe obtulere nova, ut facile in liberalitate nimia errare potuerim, quod ipſe agnoſcam: e. gr. *Thevetia*, *Thevenotia*.

Veteres quam magni denominationis honorem fecerint, patet exemplo *Euphorbiæ*, de qua Plukenetius (e Rolfinc. de purg.) Duo erant fratres Antonius Muſa & Euphorbus; ille Auguſti Cæſaris, hic Jubæ Mauritaniæ Regis medicus. Ille Auguſto, jecinore vitiato, & ad deſperationem redacto, contrariam & ancipitem medendi rationem præſcribit, frigidis exterius, interius lactuca; re feliciter peracta Medico ſtatua decreta eſt. Juba autem, ne ſuo Medico nil dediſſe videretur, plantam Euphorbio dedit, deque ea integrum librum ſcripſit. Ubi jam *Muſæ ſtatua*? periit! evanuit! *Euphorbii* autem perdurat, perennat, nec unquam deſtrui poteſt.

In conficiendis nominibus genericis a Botanicis claris, derivatis, ſequentia obſervanda ſunt.

1. Deſumenda erit nomenclatura ab eo Botanici nomine, quo inclaruit, a cognomine dicto, non vero prænomine. e. gr.

Erronea.		*Genuina.*
Caſtorea Pl.	dicenda	*Duranta.*
Coa Pl.	———	*Hippocratea.*
Dantia Petit.	———	*Iſnardia.*

Eresia Pl.	————	*Theophrasta.*
Guidonia Pl.		
Pittonia Pl.	————	*Tournefortia.*
Valdia Pl.	————	*Ovieda.*

Si enim a priori nomine autoris desumitur nomen plantæ, alius veniet Botanicus, qui a cognomine aliud nominat genus; ab uno viro duo diversa dicere genera ut superfluum, ita & erroneum. e. gr.

Duo ab uno.		*Alterum exclusum.*
Fagonia T. / *Guidonia* Pl.	Guidon Fagon.	*Fagonia* T. / ? *Trewia* *.
Pittonia Pl. / *Tournefortia* Pn.	Pitton Tournefort.	*Tournefortia.* / *Anthospermum.*

2. Cavendum ne nomina cum aliis rebus æquivoca oriantur. e. gr.

Male.		*Bene.*
Alpina	(ab Alpibus)	*Alpinia.*
Castorea	(a Castore)	*Duranta.*
Raja	(a Pisce)	*Rajania.*

3. Facilitanda est nominis, quantum fieri potest, elocutio, ne durum, insolitum, asperum & barbarum nimis sonet. e. g.

Durius.		*Facilius.*
Barreliera.	legatur	*Barleria.*
Hebenstreitia	————	*Hebenstretia.*
Siegesbeckia.	————	*Sigesbekia.*
Van Rheedia.	————	*Rhedia.*

4. Observandum, ut uniformia evadant, utque in *a* terminentur, ac si essent feminina & substantiva. e. gr.

Male.		*Bene.*
Breyniana. Pt.	rectius	*Breynia* Pl.
Bontiana Pt.	———	*Bontia* Pl.
Ruyschiana Pt.	———	*Ruyschia.*
Bruniades *Plk.*	———	*Brunia.*
Lewisanus Pt.	———	*Lewisania.*

5. Detruncanda sunt nomina nimis longa, ne sesquipedalia avadant. e. gr.

Male.		*Bene.*
Gundelsheimera	legatur	*Gundelia* T.

6. Imponenda talia nomina sunt, ubi nulla alia nota facile succurrit, nec synonymum dignum adest.

7. Juste imponenda sunt nomina talia, electa scilicet a Botanicis solum summis: hinc fiat hoc a maturioribus Botanicis, non a juvenibus vel Botanicis nuper exclusis; in his enim pruritus quidam ardet, qui in maturo viro extinctus est.

8. Assumenda eorum solum nomina, quæ antea nunquam imposita fuere generi: alias falsa evadunt hæc posteriora, & idcirco expungenda: prior enim loco, prior erit jure. e. gr.

Persistant.		*Excludantur.*
Cortusa Matth. al.	ejusdem nominis	Pl. *Thalia.* *
Cameraria Pl.	———	D. *Montia* M.
Montia M.	———	H.. *Heliocarpos.* *
Cliffortia H. Car.	———	S. N. *Kiggelaria.* *
Michelia G. Pl.	———	H. *Pontederia.* *

9. Excludere unius nomen prius impositum, aliusque imponere memoriam, non rationi convenit, nisi prior loco absolute indignus sit. e. gr.

Persistat.		*Excludatur.*
Sherardia D.	. . . . .	*Dillenia* Hs.

10. Naturalibus generibus sunt nomina egregiorum Virorum

inscribenda, ut persistant, artificialia enim & hypothetica genera tandem ad genera naturalia sua reducuntur, quibus reductis rejiciuntur & imposita nomina; hinc sequentes memoriæ rejectæ fuere per falsa genera. e. gr.

Blairia H.	est	Verbena.
Bernhardia H.	——	Croton.
Clymenum T.	——	Lathyrus.
Conringia Hs.	——	Erysimum.
Dodonæa Pl.	——	Ilex.
Gakenia Hs.	——	Cheiranthus.
Fevillea S. N.	——	Mimosa.
Jussievia H.	——	Jatropha.
Kæmpferia H.	——	Verbena.
Laurentia M.	——	Lobelia.
Meibomia Hs.	——	Hedysarum.
Nissolia T.	——	Vicia.
Penæa Pl.	——	Polygala.
Ruyschiana B.	——	Hyssopus.
Schelhameria Hs.	——	Cheiranthus.
Sherardia V.	——	Verbena.
Volkameria H.	——	Dracocephalum.
Zanonia Pl.	——	Commelina.

11. Retinenda est memoria clari Botanici, si antea imposita generi artificiali, postquam hoc artificiale genus conjunctum fuit cum naturali, si nullum synonymon antiquius dignum sit. e. gr.

Cardinalis *Rv.*	Lobelia	F. B. 231.
Rapuntium *T.*	Lobelia	F. B. 227.
Lobelia *Pl.*	Lobelia	F. B. 238.
Dortmanna *Rd.*	Lobelia	F. B. 237. 244.
Laurentia *M.*	Lobelia	F. B. 236.
Periclymenum *T.*	Lonicera	F. B. 225.
Caprifolium *T.*	Lonicera	F. B 222.
Xylosteum *T.*	Lonicera	F. B. 232.
Chamæcerasus *T.*	Lonicera	F. B. 225.
Lonicera *Pl.*	Lonicera	F. B. 238.

Memoriæ Clarorum Botanicorum plantis inscriptæ mihi sanctæ sunt omnes: sanctæ & erint omnibus, qui rem herbariam

amant & colunt. Claros ex operibus noverit unusquisque, quidque singulus præstiterit, omnibus in aprico est. Ab horum numero Martyres Botanices non excludo, licet fato præventi sua publici juris non fecerint, uti Bannister, Houstonus, Lippi, Oldenlandus, Artedi, Cornacchinns; nec ab his exceptos volo Peregrinatores, qui dissitas terras Botanices caussa adiere; uti Surianus, Sarracenus, Clutius, &c. En Clarorum memorias. *a.*

Vivos excitare Viros, aptosque stimulos addere, dum immortali gloria nomina plantis eorum inscribuntur, receptum a Tournefortio & Plumiero. Ego continuavi. Sic Garidellam Tournefortius dixit ante editum opus Garidelli. Quos nos, quos alii aptos exclamaverе, vide lit. *β.*

Horum nomina persistant dum vivunt, post fata eorum Boni auxiliatrices operi addant manus, a quo si se subducunt, injustos dicerem omnes, qui horum nomina servant plantis inscripta.

Demortuorum ante præstita præstanda nomina propono lit. *γ.* quum ista nuda ex gratia persistant, quæque excludi possunt a quocunque; fuere infiniti plures docti Botanici, qui, dum doctiores videri voluere, a scriptis publicandis abstinuere, ne cum observationibus & suam doctrinam, credita inferiorem, proderent; hi sibi docti a nobis præmium non obtineant.

α. Memoria Clarorum Botanicorum.

PLANTA.		VIRI NOMEN.	NATIO.	INCLARUIT.
Æginetia	*	Ægineta *Paul.*		
Alpinia	Pl.	Alpinus *Prosp.*	Italus.	1592
Ammannia	H.	Ammannus *Paul.*	German.	1676
Artedia	*	Artedi *Petr.*	Suecus.	1735
Averrhoa	*	Averrhoës.	Arabs.	1149
Avicennia	*	Avicenna. . . .	Persa.	
Bannisteria	H.	Bannister *Joh.*	Anglus.	1680
Barleria	Pl.	Barrelierus *Jac.*	Gallus.	1714
Bauhinia	Pl.	Bauhinus *Casp.*	Helvetus.	1596
. . . .		———— *Joh.*	Helvetus.	1591
Bellonia	Pl.	Bellonius *Petr.*	Gallus.	1553
Besleria	*	Beslerus *Basil.*	Germ.	1613
Blairia	*	Blair *Patr.*	Anglus.	1718
Bocconia	Pl.	Boccone *Paul.*	Italus	1674

PLANTA.		VIRI NOMEN	NATIO.	INCLARUIT.
Boerhaavia	V.	Boerhaave *Herm.*	Belga.	1710
Bontia	Pl.	Bontius *Jac.*	Belga.	1658
Breynia	Pl.	Breynius *Jac.*	Brabant.	1658
Bromelia	Pl.	Bromelius *Ol.*	Suecus.	1694
Broſſæa	Pl.	Broſſæus *Joh.*	Gallus	1633
Browallia	*	Browallius *Joh.*	Suecus.	1737
Brunsfelſia	Pl.	Brunsfelſius *Ott.*	Germ.	1530
Burmannia	*	Burmannus *Joh.*	Belga.	1737
Cæſalpinia	Pl.	Cæſalpinus *And.*	Italus.	1583
Camellia	*	Camellus *Joſ.*	Anglus.	1700
Cameraria	Pl.	Camerarius *Joach.*	Germ.	1586
Catesbæa	Gr.	Catesby *Marc.*	Anglus.	1731
Celſia	*	Celſius *Ol.*	Suecus.	1732
Chomelia	*	Chomel. . . .	Gallus.	1696
Cluſia	Pl.	Cluſius *Car.*	Belga.	1560
Clutia	B.	Clutius *Aug.*	Belga.	1634
Columnea	Pl.	Columna *Fab.*	Italus.	1592
Commelina	Pl.	Commelinus *Joh.*	Belga.	1683
- - - - - -	-	———— *Caſp.*	Belga.	1696
Cornutia	Pl.	Cornutus *Jac.*	Gallus.	1635
Cortuſa	B.	Cortuſus *Jac.*	Italus.	1591
Cordia	Pl.	Cordus *Val.*	Germ.	1535
Crateva	*	Cratevas. . . .	Græcus.	
Creſcentia	*	Creſcentius *Pet.*	Italus.	1473
Cupania	Pl.	Cupanus *Jac.*	Italus.	1696
Dalea	*	Dale *Sam.*	Anglus.	1693
Dalechampia	Pl.	Dalechampius *Jac.*	Gallus.	1554
Dillenia	*	Dillenius *Jo. Jac.*	Germ.	1719
Dodartia	T.	Dodart *Dionyſ.*	Gallus.	1679
Dodonæa	Pl.	Dodonæus *Remb.*	Belga.	1552
Dorſtenia	Pl.	Dorſtenius *Theod.*	Germ.	1540
Duranta	*	Durantes *Caſtor.*	Italus.	1585
Fagonia	T.	Fagon *Guidon.*	Gallus.	1666
Fevillea	*	Feville *Ludov.*	Gallus.	1714
Frankenia	*	Frankenius *Joh.*	Suecus.	1649
Fuchſia	Pl.	Fuchſius *Leonh.*	Germ.	1542
Galenia	*	Galenus *Claud.*	Aſiaticus.	
Garidella	T.	Garidel *Petr.*	Gallus.	1717
Geſneria	Pl.	Geſnerus *Conr.*	Helvetus.	1541
Gerardia	Pl.	Gerardus *Joh.*	Anglus.	1597

PLANTA.		VIRI NOMEN.	NATIO.	INCLARUIT.
Grewia	*	Grew *Nehem.*	Anglus.	1672
Grislea	*	Grisley *Gabr.*	Lusitan.	1660
Gronovia	H.	Gronovius *Jo. Fr.*	Belga.	1715
Guilandina	*	Guilandinus *Melhc.*	Italus.	1558
Hebenstrettia	*	Hebenstreit *Jo. Ern.*	Germ.	1731
Heisteria.	*	Heisterus *Laur.*	Germ.	1730
Hermannia	T.	Hermannus *Paul.*	Germ.	1687
Hernandia	Pl.	Hernandez *Franc.*	Hispan.	1649
Heuchera	*	Heucherus *Joh.*	Germ.	1711
Hippocratea	*	Hippocrates *Cous.*	Græcus.	
Hottonia	B.	Hotton *Petr.*	Belga.	1695
Houstonia	Gr.	Houstonus *Wil.*	Anglus	
Isnardia	*	d'Isnard *Dantius.*	Gallus.	
Jungermannia	Rp.	Jungermannus *Lud.*	Germ.	1615
Jussieuia	*	Jussieu *Fratres tres.*	Galli.	1714
Kæmpferia	*	Kæmpferus *Eng.*	Germ.	1712
Kiggelaria	*	Kiggelarius *Franc.*	Belga.	1690
Klenia	*	Klein *J. Thom.*	Germ.	1730
Knautia	*	Knaut *Christoph.*	Germ.	1687
- - - - -	-	——— *Christian.*	Germ.	1705
Lawsonia	*	Lawson *Isac.*	*Scotus.*	
Linnæa	Gr.	Linnæus *Car.*	Suecus.	1732
Lippia	H.	Lippi *Aug.*	Gallus.	
Lobelia	Pl.	Lobelius *Matth.*	Flandrus.	1570
Loeselia	*	Loeselius *Joh.*	Germ.	1655
Lonicera	Pl.	Lonicerus *Joh.*	Germ.	1551
Magnolia	Pl.	Magnol *Petr.*	Gallus.	1686
Malpighia	Pl.	Malpighius *Marc.*	Italus.	1675
Maranta	Pl.	Maranta *Bartol.*	Italus.	1559
Marchantia		Marchantius.	Gallus.	
Marcgravia	Pl.	Marcgravius *Georg.*	Germ.	1648
Marsilea	M.	Marsilius *Aloys.*	Italus.	1714
Martynia	H.	Martyn *Joh.*	Anglus.	1726
Matthiola	Pl.	Matthiolus *Petr. And.*	Italus.	1550
Mentzelia	Pl.	Mentzelius *Christ.*	Germ.	1682
Michelia	*	Michelius *Petr. Ant.*	Italus.	1720
Milleria	H.	Millerus *Phil.*	Anglus.	1730
Monarda	*	Monardes *Nic.*	Hispan.	1574
Montia	M.	Montius *Joseph.*	Italus.	1719
Morisona	Pl.	Morisonus *Robert.*	Anglus.	1669

PLANTA.		VIRI NOMEN.	NATIO.	INCLA-RUIT.
Muntingia	Pl.	Muntingius *Abr.*	Belga.	1680
Musa	*	Musa *Ant.*	Romanus.	
Oldenlandia	Pl.	Oldenlandus *H. Bern.*	Danus.	
Oviedа	*	Oviedus *de Valde.*	Hispan.	1556
Parkinsonia	Pl.	Parkinsonus *Joh.*	Anglus.	1629
Pavia	B.	Pavius *Petr.*	Belga.	1601
Paullinia	*	Paulli *Simon.*	Danus.	1639
Penæa	*	Pena *Petrus.*	Gallus.	1571
Petiveria	Pl.	Petiverus *Jacob.*	Anglus.	1695
Pisonia	Pl.	Piso *Guiliem.*	Belga.	1648
Plinia	Pl.	Plinius *secundus.*	Romanus.	
Plukenetia	Pl.	Plukenetius *Leonh.*	Anglus.	1691
Plumieria	T.	Plumierus *Carol.*	Gallus	1693
Pontederia	*	Potedera *Jul.*	Italus.	1718
Rajania	*	Rajus *Johan.*	Anglus.	1660
Randia	H.	Randius *Isac.*	Anglus.	1730
Rauwolfia	Pl.	Rauwolfius *Leonh.*	Germ.	1582
Renealmia	Pl.	Renealme *Paul.*	Gallus.	1611
Rheedia	*	Reede *v. Drakenstein.*	Belga.	1678
Rivina	Pl.	Rivinus *Aug. Quir.*	Germ.	1690
Robinia	*	Robinus *Joh.*	Gallus.	1601
Royena	*	Royen *Adr. van.*	Belga.	1728
Rudbeckia	*	Rudbeckius *Ol.*	Suecus.	1658
Ruellia	Pl.	Ruellius *Joh.*	Helvetus.	1536
Ruppia	*	Ruppius *Henr. Bernh.*	Germ.	1718
Sarracena	*	Sarracenus.	Gallus.	
Scheuchzeria	*	Scheuchzerus *Joh. Jac.*	Helvetus.	1702
- - - - - -	-	——————— *Johan.*	Helvetus.	1708
Sherardia	D.	Sherardus *Guilielm.*	Anglus.	
Sibbaldia	*	Sibbaldus *Robert.*	Anglus.	1684
Sigesbeckia	*	Siegesbeckius *Joh. Geo.*	Germ.	1736
Sloana	Pl.	Sloane *Janus.*	Anglus.	1696
Spigelia	*	Spigelius *Andr.*	Germ.	1 06
Stapelia	*	à Stapel *Bodæus.*	Belga.	1644
Suriana	Pl.	Surianus *Jos. Don.*	Gallus.	
Swertia	*	Swertius *Eman.*	Belga.	1612
Thalia	*	Thalius *Joh.*	Germ.	1588
Theophrasta	*	Theophrastus *Eresius.*	Græcus.	
Tillæa	M.	Tillius *Mich Aug.*	Italus.	1723
Tillandsia	*	Tillandsius *Johan.*	Suecus.	1673

PLANTA.		VIRI NOMEN.	NATIO.	INCLARUIT.
Tournefortia	*	Tournefortius *Jos. Pitt.*	Gallus.	1694
Tabernæmontana	Pl.	Tabernemont. *Jac. Th.*	Germ.	1588
Tradescantia	Rp.	Tradescantius *Joh.*	Anglus.	
Tragia	Pl.	Bock s. Tragus *Hier.*	Germ.	1552
Triumfetta	Pl.	Triumfettus *Jo. Bapt.*	Italus.	1685
Turnera	Pl.	Turnerus *Guilielm.*	Anglus.	1544
Valantia	T.	Vaillantius *Sebast.*	Gallus.	1718
Vateria	*	Vaterus *Abrah.*	Germ.	1722
Vallisneria.		Vallisnerius *Anton.*	Italus.	
Volkameria.		Volkamerus *J. Georg.*	Germ.	1700
Waltheria.		Waltherus. *Aug. Frid.*	Germ.	1735
Ximenia.		Ximenes *Francisc.*	Hispan.	1615
Zannichellia.		Zannichellus *Joh. Hier.*	Italus.	1714
Zanonia.		Zanonus *Jacob.*	Italus.	1652.

β Viventium, e quibus insignia artis ornamenta maxime speranda.

Garcinia.
Hugonia.
Justicia.
Richardia.
Schwalbea.
Targionia.
Trewia.

γ. Demortuorum, ante præstita præstanda, quantum ad nostram pervenit notitiam.

Budleja.
Gundelia.
Lavatera.
Linckia.
Morina.
Pereskia.
Rondeletia.

239. *Nomina generica, quæ* citra noxam *Botanices imposita sunt, cæteris paribus, tolerari debent.*

Nomina Generica plurima sunt a Patribus Botanices ante secula

fecula impofita, per fecula deinde plura recepta & ufitata, quorum derivationes, origines, & radices æque nos latent, ac quibusnam plantis primitus fuerunt impofita : nihilominus hæc in Botanicis tamdiu trita retinenda puto, ni totalem fcientiæ reformationem introducamus : hæc enim nomina in Republica Botanica valent, & valebunt, ut nummi ex confenfu dantis & accipientis, modo nullam cum aliis pariant confufionem; modo non nimis abfurda per fe fint.

Recentiori ævo confecta nomina etiam perferam, modo nec hæc abfurda fint, cum fperare fas non fit, quod nomina omnia notam effentialem plantæ gerant.

Conclufimus itaque omnia toleranda effe nomina, quæ non repugnant regulis datis §. 214.-217. 220.-236. 249. 250. cum nulla alia obfervare potuimus erronea; fi vero quis de pluribus errandi methodis nos commonefaciat, inftruat, convincat, nunquam nomina falfa defendemus, nec fi vel noftra ipfa talia effent : quam diu enim lex non eft pofita, tamdiu nullum peccatum, nifi naturale.

Sequentia excludere itaque non licet, quod ego eorum derivationes ignorem, forte alius fciat, quæ ego non.

Celtis.	Mufcus.	Soldanella.	Tinus.
Filix.	Opulus.	Tamus.	Ulmus.
Ilex.	Ophrys.	Tilia.	

240. *Nomina generica, quæ* Characterem *effentialem, vel* faciem *plantæ exhibent, optima funt.*

Dantur etiam inter nomina Botanica æque gradus præftantiæ, ac unquam debilitatis, dum inter ea quæ felectiora, alia bona, alia optima exiftant.

Optimorum nominum diagnofis eft, quod planta manum offerat nomini, nomenque manu plantam excipiat : connexis inde tam arcte, ut vix feparari queant; certe non debeant. Exempli loco fint Heliocarpus, Helianthus, Hippocrepis.

HELIOCARPUS feu *Fructus folaris.* Quis viderit unquam fructum plantæ fubrotundum, margine longitudinaliter cincto radiis radiatis, cui non fuccurrat idea Solis, ex conceptu pictorum; hæc idea combinata femel cum nomine Heliocarpus ita conjungitur, ut planta vel nomen occurrat nunquam, quin & alterius fuccurrat idea.

HELIANTHUS feu *Flos folis.* Quis afpiciet plantam floren-

tem, cujus magni flores aurei undique radios emittunt ex disco orbiculato, quin admiretur speciosissimum florem ex Solis figura; ex qua admiratione mox menti occurrit nomen, ut &, ex nomine solo viso, admirata floris idea.

HIPPOCREPIS seu *Solea equina*. Quis viderit soleam ferream equorum, qui non a primo intuitu fructum ferentis plantæ non exclamabit admirabilem istam similitudinem fructus cum solea equina; Quis unquam admirabitur nominis rationem, qui unquam viderit plantam. Hæc nomina dextram plantæ porrigunt; Hæ plantæ dextram nomini porrigunt. Hæc optima omnium statuo, si cum speciebus generis omnibus conveniant.

Meliora iis nulla censemus, quam quæ notam aliquam fructificationis essentialem generis, in se continent: character essentialis unica ista nota genus suum ab omnibus in universum aliis distinguit. F. B. 187.

Bona & laude omni digna sunt nomina, quæ aliquid singulare e facie plantarum petitum exhibent, modo cum alio nullo commune sit genere.

Hæ notæ omnes si applicantur propriæ parti in nomine, eo clariora inde evadunt & perfectiora. *Physalis*, a vesica, est bonum nomen: si vero conjuncta fuisset hæc vesicæ idea cum appropriata parte plantæ, calyce scilicet, longe melius evasisset.

Veteres rarius selecta talia nomina relinquere, cum genera nostra ad magnam partem, certe ex nostro conceptu, ignorarunt.

α. a *Flore*.

Cephalanthus.
Cheiranthus.
Chionanthus.
Galanthus.
Hæmanthus.
Helianthus.
Melianthus.
Phyllanthus.
Rhinanthus.
Scleranthus.
* Achyranthes.
Aphyllanthes.
Nyctanthes.
Polianthes.
Trichosanthes.

β. a *Fructu*.

Heliocarpus.
Conocarpus.

γ. a *Seminibus*.

Cardiospermum.
Corispermum.
Osteospermum.

Lithospermum.
Menispermum.

δ. a *Foliis*.

Calophyllum.
Ceratophyllum.
Chrysophyllum.
Hydrophyllum.
Podophyllum.
Zygophyllum.

ε. a *Similitudine*.

* Alopecurus.
Cynosurus.
Hippuris.
Lagurus.
Leonurus.
Myosurus.
Saururus.
Scorpiurus.
* Elephantopus.
Ornithopus.
Lycopus.
Lycopodium.

Ægopodium.
* Hippocrepis.
* Dracocephalum.
Bucephalum.
* Tragopogon.
Arctotis.
Myosotis.
Echinops.
Coreopsis.
Galeopsis.
Lycopsis.

ζ. a *Variis*.

Anastatica.
Anacyclus.
Anacardium.
Biscutella.
Clypeola.
Drosera.
Physalis.
Rhizophora.
Sideroxylum.
Tribulus.
Triglochin.

241. *Nomina generica* Patrum *Botanices*, *Græca vel Latina*, *si bona sint, retineri debent, ut etiam* usitatissima & officinalia.

Cum hac nostra consentit ista regula RAJI : *Quam minimum fieri potest innovandum, neque mutanda nomina communi usu recepta, & in Medicorum scriptis frequentata, eorumque significationes ad confusiones & errores vitandum; norunt in historia plantarum vel mediocriter versati : quantas in eadem tenebras, quantam incertitudinem nominum multiplicatio introduxerit.*

Non itaque decet Veterum Usitatissima & Officinalia nomina excludere, licet meliora in eorum locum surrogarentur, ni introducenda essentialem continerent characterem : forte & vix talia ; persistant itaque, modo per se erronea non sint,

uti §. 212 - 217; 221 - 233. 249. 250. quod si vero absurda sint, nec apud me, nec alios asylum reperiant.

Sub Patrum in Botanicis nomine hic intellectos volo Græcos & Romanos, *Theophrastum* scilicet, *Dioscoridem*, *Plinium*, &c. minime vero Asiaticos, vel Arabes: horum enim nomina Barbara nobis sunt (F. B. 229.), illorum vero nobis accepta, cum prima illi artis nostræ fundamenta posuere: tumque tanta nominum copia introducta, ab eo tempore omni ævo frequentata in Botanicorum scriptis, atque in Officinis recepta, ut absque innovatione totius scientiæ dimitti nequeant.

Officinalia nomina ad maximam partem, certe quæ Veteribus nota, a tribus hisce confecta sunt, ideoque retinenda; minime autem recentiori ævo introducta ex Indiis cum simplicibus Barbara nomina; hæc enim ut barbara, barbare tractari debent.

Sisto itaque hic elenchum nominum selectorum, a Veteribus datorum, exclusis istis, quæ regulis datis repugnant: huncque elenchum quidem duplicem; priorem scilicet nominum Græcorum Dioscoridis, & Theophrasti, posteriorem nominum Latinorum Plinii & aliorum.

α. GRÆCA,

Quæ apud Dioscoridem, & alios Græcos, præsertim Theophrastum (Th.) obvia sunt.

Abrotanum.
Absinthium.
Acanthus
Acarna Th.
Ahillea.
Aconitum.
Acorus.
Actæa.
Andrachne.
Adianthum.
Agrostis.
Agaricum
Ageratum.
Aira.
Aizoon.
Alisma.

Aloë.
Alsine.
Althæa.
Alcea.
Alopecurus *Th.*
Alyssum.
Alypum.
Ambrosia.
Amaranthus.
Amomum.
Ammi.
Amygdalus.
Anagallis.
Anagyris.
Anethum.
Anemone.

Androsace.
Anchusa.
Anisum.
Anthyllis.
Anthemis.
Antirrhinum.
Aparine.
Apocynum.
Aphaca.
Arctium.
Argemone.
Arum.
Aristolochia.
Arachum *Th.*
Artemisia.
Asarum.
Asclepias.
Ascyrum.
Asparagus
Asphodelus.
Asplenium.
Aster.
Astragalus.
Atractylis.
Atraphaxis.

Ballota.
Blitum.
Borassus.
Botrys.
Bromus.
Bryum.
Bryonia.
Bulbine *Th.*
Bunias.
Buphthalmum.
Butomus *Th.*

Cachrys.
Cacalia.
Canna.
Cannabis.
Capparis.
Capsicum.
Capnus.
Caryophyllus *Æg.*
Cassia.
Castanea.
Caucalis.
Catananche.
Cerinthe *Pl.*
Ceratonia *Gal.*
Celastrus *Th.*
Cedrus.
Cerasus *Th.*
Centaurium.
Cercis *Th.*
Chironium.
Chelidonium.
Chrysogonum.
Chrysanthemum.
Chrysobalanus *Gal.*
Chrysocome.
Chondrilla.
Chærophyllum.
Cichorium.
Cirsium.
Cistus.
Clethra.
Clematis.
Clinopodium.
Clymenum.
Cnicus.
Cneorum *Th.*
Colchicum.
Costus.
Colutea *Th.*
Corchorus *Th.*
Comarum *Apul.*
Corallium.
Coronopus.
Coriannum.
Corypha *Gal.*
Conyza.

Conium.
Cratægus *Th.*
Crambe.
Crithmum.
Crinum.
Crocus.
Croton.
Cyanus Pl.
Cyclamen.
Cynogloſſum.
Cyperus *Th.*
Cytiſus.
Cyminum.

Daphne.
Damaſonium.
Daucus.
Delphinium
Dioſanthos *Th.*
Dipſacus.
Dictamnus.
Dolichos *Th.*
Dorycnium.
Draba.
Drypis.

Echium.
Ebenus.
Elatine.
Empetrum.
Epimedium.
Erica
Erigerum.
Eriophorum *Th.*
Eryngium.
Erythronium.
Eryſimum.
Eupatorium.
Euphorbium.
Euonymus. *Th.*

Galiopſis.
Gallium.
Geum *Pl.*
Geranium
Gentiana.
Glaux.
Glycyrrhiza.
Gnaphalium.
Gomphrena *Pl.*

Halimus.
Helenium.
Helichryſum.
Heliotropium.
Helleborus.
Helxine.
Heracleum.
Hedyſarum.
Hemerocallis.
Hibiſcus.
Hieracium.
Hippomane.
Hippophaës.
Hippuris.
Holoſteum.
Horminum.
Hyacinthus.
Hypericum.
Hypecoum.
Hyſſopus.
Hyoſcyamus.
Hydnum.

Jaſione *Th.*
Iberis
Iris.
Iſatis.

Lampſana.
Lathyrus.
Lepidium.
Ledum.
Leucojum.

Lemna *Th.*
Lichen.
Lithoſpermum.
Linum.
Lonchitis.
Lotus.
Lythrum *Th.*
Lyſimachia.
Lycium.
Lycopſis.
Lychnis.

Mandragora.
Marum.
Melia.
Melanthium.
Melampyrum *Th.*
Mintha.
Morus.
Moly.
Myoſotis.
Myrica.
Myriophyllum.
Myrrhis.
Myrſine.
Myagrum.
Myxa *Æg.*

Narciſſus.
Nardus.
Neottia *Th.*
Nerium.
Nymphæa.

Ocymum.
Ochrus.
Oenothera.
Oenanthe.
Ononis.
Onobrychis.
Origanum.
Ornithogalum.
Orobanche.
Orobus.
Oryza.
Oſtrya *Th.*
Oſyris.
Othonna.

Pæonia.
Pæderota *Pauſ.*
Panax.
Paliurus.
Pancratium.
Parthenium.
Peplis.
Petaſites.
Pepo.
Peganum.
Peucedanum.
Phaſiolus.
Phleum *Th.*
Phœnix.
Phlox *Th.*
Phlomis.
Phillyrea.
Phyllum.
Phyteuma.
Piper.
Picris.
Piſtacia.
Platanus.
Poa *Th.*
Polygonum.
Polytrichum.
Polypodium.
Polygalum.
Polium.
Potamogeton.
Poterium.
Polemonium.
Prunus *Th.*
Praſium.
Pſyllium.

Ptelea.
Pteris.
Pyrethrum.

Raphanis.
Rhamnus.
Rheum.
Rhus.

Saccharum.
Satyrium.
Selinum.
Seſeli.
Seſamum.
Scordium.
Scolymus.
Schinus.
Schoenus.
Scandix.
Scilla.
Sida *Th.*
Sideritis.
Sinapi.
Silybum.
Siſymbrium.
Sium.
Siſon.
Silphium.
Siſyrinchium *Th.*
Smilax.
Smyrnium.
Sonchus.
Spiræa *Th.*
Sparganium.
Spongus.
Stachys.
Stoebe.
Stratiotes.
Styrax.
Symphytum.

Teucrium.
Telephium.
Tetragonia *Th.*
Thalictrum.
Thaſpi.
Thymus.
Thymbra.
Thya *Th.*
Tordylium.
Tragopogon.
Triphyllum.
Tribulus.
Trionum *Th.*
Trichomanes.
Tripolium.
Typha.

Xanthium.
Xyris.

Zea.
Zingiber.

β. LATINA,

Quæ apud Plinium, & alios Romanos occurrunt.

Abies.
Acer.
Ajuga.
Alaternus.
Alnus.
Allium.
Elate.
Sphendamnus.
Chamæpitys.
Philyca.
Clethra.
Scorodum.

Alchemilla.	
Alga.	*Phucus.*
Amellus *Virg.*	
Apium.	*Selinum.*
Aquilegia.	*Iſopyrum.*
Arundo.	*Calamus.*
Aruncus.	
Arbutus.	*Comarus.*
Aſperugo.	
Atriplex.	*Atraphaxis.*
Avena.	*Bromus.*
Beta.	*Teutlum.*
Betula.	*Samyda.*
Betonica.	
Bellis.	
Biſtorta.	
Boletus.	
Borrago.	*Echium.*
Buxus.	*Pyxus.*
Calla *Pl.*	
Caltha.	
Carduus.	*Acanthus.*
Carex.	
Carpinus.	*Oſtrys.*
Carica.	
Cepa.	*Crommyum.*
Centunculus.	
Cicer.	*Erebinthus.*
Cicuta.	*Conium.*
Citrus.	*Medica.*
Conſolida.	
Cornus.	*Crania.*
Cuſcuta.	*Caſſytha.*
Cucumis.[1]	*Cicyos.*
Cucurbita.	*Colocynthis.*
Cunila.	
Cupreſſus.	*Cypariſſus.*
Euphraſia.	*Euphroſyne.*
Equiſelis.	*Hippuris.*

Esculus.	*Phagus.*
Ervum.	*Orobus.*
Faba.	*Cyamus*
Fagus.	*Oxya.*
Ferula.	*Nardex.*
Ficus.	*Syca.*
Filix.	*Pteris.*
Fœniculum..	*Marathrum.*
Fragum.	*Comarum.*
Fraxinus.	*Melia.*
Fucus.	*Phycus.*
Fungus.	*Mylas.*
Fumaria.	*Capnus.*
Gramen.	*Agrostis.*
Genista.	
Hedera.	*Cissus.*
Hesperis.	
Hordeum.	*Critha.*
Jacea.	
Ilex.	*Prinus.*
Juncus.	*Schoenus.*
Juniperus.	*Arceuthus.*
Juglans.	*Carya.*
Lamium.	*Galiopsis.*
Lactuca.	*Tridax.*
Lavendula.	*Iphium.*
Laurus.	*Daphne.*
Lens.	*Phaca.*
Lilium.	*Lirium.*
Ligustrum.	*Cyprus.*
Lolium.	*Aira.*
Lupinus.	*Thermis.*
Malva.	*Malache.*
Melissa.	*Melisophyllum.*
Melittis *Pl.*	
Mercurialis.	*Linosostis.*

Milium.	*Cenchrus.*
Mollugo.	
Myrtus.	*Myrsine.*
Napus.	*Bunias.*
Nasturtium.	*Cardamum.*
Nigella.	*Melanthium.*
Olea.	*Elæa.*
Ornus.	*Phstinix.*
Panicum.	*Elymus.*
Pastinaca.	*Daucus.*
Papaver.	*Mecon.*
Palma.	*Phoenix.*
Pilosella.	
Pisum.	
Pinus.	*Pitys, Peuce.*
Plantago.	*Arnoglossum.*
Porrum.	*Prasum.*
Populus.	*Ægerus.*
Potentilla.	
Portulaca.	*Andrachne.*
Pulegium.	*Clechon.*
Pyrus.	*Apius.*
Quercus.	*Drys.*
Rapa.	*Gongyla.*
Ranunculus.	*Batrachium.*
Reseda.	*Erythrodanum.*
Rosa.	*Rhodum.*
Rubus.	*Batus.*
Rubia.	*Erythrodanum.*
Ruta.	*Peganum.*
Sabina.	*Brathys.*
Salvia.	*Elelisphacum.*
Salix.	*Itea.*
Sanicula.	
Sambucus.	*Acte.*
Saturcja.	*Tymbra.*

Sentis.	
Secale.	
Sedum.	*Aizoon.*
Senecio.	*Erigerum.*
Serpillum.	*Erpyllum.*
Selago.	
Securidaca.	*Hedyſarum.*
Solanum.	*Strychnus.*
Soldanella.	
Sorbus.	*Oue.*
Taxus.	*Milus.*
Tilia.	*Philyra.*
Tormentalia.	
Triticum.	*Pyrus.*
Tuſſilago.	*Becchium.*
Valeriana.	*Nardus.*
Vaccinium.	
Verbena.	*Periſterona.*
Verbaſcum.	*Phlomus.*
Vicia.	*Aphaca:*
Vitis.	*Ampelus.*
Vitex.	*Agnus.*
Viſcum.	*Ixia.*
Viola.	*Jum.*
Viburnum.	
Ulmus.	*Ptelea.*
Ulva.	
Urtica.	*Acalypha.*
Ulex.	

242. *Nomen genericum* Antiquum *antiquo generi convenit.*

Si genus a longo retro tempore cognitum, & vel ipſi vulgo notiſſimum, abſolute erroneum nomen gereret, expungatur: attamen diſcedentis locum non occupet novum aliquod, ſingulare & inadſuetum nomen; ſapit enim hæc innovatio, præſertim apud vulgum, faſtidium, imo vel eſſentialem foveret notam. Potius itaque duco, antiquum quoddam, æque ac genus omnibus notum, ſurrogare in prioris locum, modo tale ſuperfluum ſit; & ſi tale inter hujus ſynonyma non ob-

tineatur, ad maxime affinis & proximæ plantæ fynonyma confugiendum.

Opuntiæ verbo excuffo in notiffima hocce ævo Americanarum plantarum familia, facile fuerat nomen quoddam, effentiali fuperbiens nota, excogitare in hifce plantis, ab omnibus aliis toto cœlo adeo diverfis, tum quod ad maximam partem foliis deftituantur hæc; tum &, quod fere omnes aculeis horreant; nolui hanc innovationem, ne vulgo difplicerem; affumfi itaque *Cactum*, fynonymum, antiquiffimum, vulgatiffimum, vacuum, quodque nomen a Veteribus plantæ aculeatæ nunquam non fuit adfcriptum.

Si nomen dudum receptum, ob caufas fonticas perdurare nequeat, allaborandum ad minimum, ut novum nomen fonum antiqui præ fe ferat: tum enim nomini profcripto adfueti, folo fono nominis recepti mox ideam cum priori junctam revocabunt in memoriam, imo vix percipient mutationem ullam. e. gr. *Parnaffia*, *Convallaria*, *Cheiranthus*: loco *Graminis Parnaffi*, *Lilii convallium*, *Keiri.*

Schema itaque fifto antiquorum nominum, metamorphofin quæ admiferunt; ex quo, quot modis hunc fonum confervare adgreffus fum, cuique conftabit. Singulo antiquo nomini numerum addidi ex *Fundamentis Botanicis* defumtum, qui collatus cum confimili paragrapho, tradit rationem cur exclufum fuerit antiquum.

Pejora.	Meliora.
α. Metamorphofis	*Latina in Græcam.*
Dens leonis	*Leontodon.*
Ferrum equinum	*Hippocrepis.*
Nidus leporis	*Lagœcia.*
β. Transformatio	*fenfualis.*
Acacia *Robini*	*Robinia.*
Gramen *Parnaffi*	*Parnaffia.*
Jan-Raja	*Ra-jania.*
Keiri	*Cheiranthus.*
Lilium *convallium.*	*Convallaria.*
Mammei	*Mammea.*

γ. *Transformatio Caudæ.*

Achyracantha	*Achyranthes.*
Arctotheca	*Arctotis.*
Echinopus	*Echinops.*
Scorpioides.	*Scorpiurus.*

δ. *Inflexio Caudæ.*

Mitra	*Mitreola.*
Molucca	*Moluccella.*
Patagonica	*Patagonula.*
Rhodia	*Rhodiola.*
Clitorius	*Clitoria.*
Centaurium	*Centauria.*
Euphorbium	*Euphorbia.*
Ornithopodium	*Ornithopus.*
Helianthemum	*Helianthus.*

ε. *Detruncatio Caudæ.*

Staphylo*dendron*	*Staphylæa.*
Calophyllo*dendron*	*Calophyllum.*
Leonto*petalon*	*Leontice.*
Tetragono*carpus*	*Tetragonia.*
Helenia*strum*	*Helenia.*
Parthenia*strum*	*Parthenium.*
Arachi*dna*	*Arachis.*
Sicyo*ides*	*Sicyos.*

ζ. *Detruncatio Capitis.*

*Oreo*selinum	*Selinum.*
*Melo*cactus	*Cactus.*
*Ana*podophyllum	*Podophyllum.*
*Hydro*ceratophyllum	*Ceratophyllum.*

η. *Detruncatio Umbilici.*

Ana*tho*cyclus	*Anacylus.*
Tam*n*us	*Tamus.*

243. *Nomen genericum dignum, alio licet aptiore*, permutare *non licet.*

Si genus aliquod conſtitutum, nomenque generi impoſitum ſit, debet hoc nomen perſiſtere (modo non abſurdum,) nec novis, licet melioribus, permutari; alioquin nunquam fixa & certa fierent nomina: dies enim ſemper diem docet, & inventis inventa addere facilis res eſt.

Moly Homeri (a Mercurio Ulyſſi exhibitum. cujus antidoto a Circes metamorphoſi immutabilis perſiſteret) ſive fabula fuerit, ſive alicui plantæ adſignatum, retineret Allii iſta ſpecies, Moly dicta, nomen hoc (modo diſtinctum eſſet, ut Ruppio placuerat, genus) ex conſenſu antiquitatis; nec, ſi vel luce maridiana clarius adhuc demonſtraret *Trillerus* Veterum Moly fuiſſe *Helleborum*, eam ob cauſam ſuum dimitterent Helleborus nomen, & aſſumeret Moly.

Vaccinium retineo in genere 313, ſi vel mille interpretes poſthac Vaccinia *Virgilii* demonſtrarent fuiſſe baccas *Liguſtri.*

Leucoium duplex *Dioſcoridi* eſt, alterum impoſitum Generi 290, alterum vero Generi 537. Sequitur itaque F. B. 217. quod altero loco excludendum ſit, altero vero retinendum; nullam rationem video cur Genus 537, ſibi hoc nomen attribuat magis, quam Gen. 290. licet Tournefortio placuerit Leucoii nomen illi concedere. *Theophraſtus* unicum Leucoium nominat, quod Generis 290. videtur: hinc dico, quod Leucoium perſiſtat in Genere 290, non vero in Genere 537. prius enim quod tempore, prius erit loco.

Niſi pro principio agnoſceretur, quod nomen prius impoſitum præferendum eſſet recentiori; hoc certe ævo longe major controverſia oriretur de nominibus, dum quivis ſecundum ſuum beneplacitum nomina nova imponeret, quam erat unquam inter Commentatores ſeculo decimo-quarto & quinto: hinc ſi nomen non in ſe erroneum ſit, retineri debet. nec cum alio, licet aptiore, permutari.

244. *Nomina generica, quamdiu* Synonyma *digna in promptu ſunt, nova non effingenda.*

Ne aliquis pruritus ad nova excogitanda & introducenda nomina Botanicos duceret, ſtatui nova non effingenda eſſe, quamdiu ſynonyma ſuppetant.

Onerata enim eſt Botanica dudum tot ſuperfluis nominibus,

ut superflua superfluis cumulare vix e re sit ulla. Si itaque receptum nomen in genere aliquo, absolute erroneum, perdurare nequeat, novum tamen non introducatur, si in tota synonymorum phalange unicum supersit vacuum, & per se bonum. e. gr.

Caryophyllus *F. B.* 217. 241.	Diosanthus.
Veronica *F. B.* 228. 217.	
Diosanthus *F. B.* 241. 239. 242.	
Armeria *F. B.* 231. 235.	
Cantabrigica *F. B.* 231. 235.	
Superba *F. B.* 231. 235.	

Male itaque faciunt, qui memoriam Botanici alicujus imponunt generi antiquo, si alia synonyma supersint.

Nos hoc ævo non adeo solliciti sumus, num hoc, vel illud nomen istis exacte speciebus applicetur, quibus impositum erat a Veteribus. Vidimus enim ubique hoc studium non obtinuisse finem ob imperfectas Veterum descriptiones: vidimus Commentatores integra consumsisse secula in Veterum extricandis nominibus; & vidimus simul in quam multis incertos hærere, licet per tesseras & sortem omni nisu studii in hocce opere sudarint tam multi. Num fructus impensis laboribus respondeat, dubito.

Ubi nomina barbara vel absurda in generibus triumphabant, non dubitavi ea excludere, indeque eorum locum assumere Veterum digna, certisque generibus jungere; nullus dubitans; quin unusquisque Botanicus legere Theophrastum, Dioscoridem & Plinium, rationemque facti perspiciat.

Celeb. BURMANNUS in curiosissimo opere *Thesauro Zeylanico* sequentia nomina tanquam nova mihi adscribit.

p. 11. *Linnæus* novum nomen *Physalis* huic generi imponit.
Respondeat *Dioscorides*, lib. IV. cap. 72

p. 16. *Linnæus* generi huic novum indidit nomen *Gomphrena*.
Respondeant *Dalechampius*, hist. 540. *Bauhinus*, hist. 2. p. 970.

p. 41. *Linnæi* characteres, ubi novo nomine *Melia* vocatur.
Respondeat *Dioscorides*, lib. I. cap. 172. *Theophrastus*, 3. hist. 11.

p. 150. *Linnæus* novum hocce nomen *Sidam* impoſuit. Reſpondeat *Theophraſtus* lib. 4. hiſt. 11.

Siſto duplicem *Catalogum* nominum, quorum *Prior* nomina mea nova exhibet: hæc conficere debui, ubi ſynonyma digna nulla ſuccurrebant. *Poſterior* vero index nomina antiqua, a me recepta tradit; horum nominum Autor ego ſum, ſed Veteres: ea modo ante vaga, certis generibus adſignavi; cur priora excluſerim, patebit conferenti numerum allegatum cum *Fundamentis Botanicis*.

α. NOVA EFFICTA.

Anthoſpermum.
Antholyza.
Atropa.
Azalea.
Amaryllis.
Adoxa.
Andromeda.
Agroſtema.
Anaſtatica.
Amorpha.
Brabejum.
Biſerrula.
Biſcutella.
Cellepora.
Clypeola.
Cynoſurus.
Cerbera.
Ceropegia.
Cypripedium.
Coreopſis.
Chionanthus *R.*
Craniolaria.
Chryſophyllum.
Conocarpus.
Dryas.
Dioſma.
Ethuſa *Art.*
Erythrina.
Galanthus.
Hymenæa.
Heliocarpos.
Herminium.
Hydrocharis.
Ipomœa.
Jatropha.
Lagurus.
Lagœcia.
Lathræa.
Micropus.
Monotropa.
Medeola.
Nyſſa.
Najas.
Nyctanthes.
Phyllis.
Polianthes.
Protea.
Rhizophora.
Scleranthus.
Sophora.
Trichoſanthes.
Theobroma.
Trigonella.
Tubipora.
Uniola.
Et a Viris dicta §. 237. 238.

β. ANTIQUA RECEPTA.

Passerina.	*Thymelææ sp.*	214
Picris.	*Helminthotheca.*	223
Passiflora.	*Granadilla.*	227
Pistia.	*Aristolochiæ sp.*	214
Poterium.	*Pimpinella.*	214
Pteris.	*Filix.*	254
Rumex.	*Lapathum.*	227
Rheum.	*Rhabarbarum.*	229
Sertularia.	*Corallina.*	227
Serapias.	*Helleborine.*	227
Sida.	*Malvinda.*	222
Selago.	*Camphorata.*	227
Salsola.	*Kali.*	229
Selinum.	*Thysselinum.*	225
Silene.	*Lychnidis sp.*	214
Sagina.	*Alsinella.*	227
Saponaria.	*Lychnis.*	214
Schinus.	*Molle.*	229
Spondias.	*Monbin.*	228
Thesium.	*Alchimilla.*	214
Theligonum.	*Cynocrambe.*	225
Trapa.	*Tribuloides.*	226
Triopteris.	*Acer.*	214
Uvularia.	*Fritillaria.*	214
Verbesina.	*Eupatiorophalacron.*	249
Ulex.	*Genistaspartium.*	224
Zea.	*Mays.*	229

245. *Nomen genericum unius generis, nisi supervacaneum, in aliud* transferri *non debet, licet eidem aptius competeret.*

Primi Restauratores Botanices, ut *Matthiolus*, *Columna*, *Cæsalpinus*, *Dodonæus*, *Clusius*, *&c.* pro aris & focis de nominibus disputarunt; dum alter nomen Theophrasti & Dioscoridis ad hoc genus, alter vero ad longe diversum traxit; quod si aliquis demonstrare quodammodo posset, debuit planta hoc, non aliud, tenere nomen. Nostro autem, quo vivimus ævo, longe aliam defendimus theoriam, dum dicimus nomen, quod primum huic generi a Systematico aliquo fuit impositum, persistere debere, si bonum; & si vel Dioscorides, vel Theophrastus, vel Hippocrates, vel tota Patrum authoritas Lysimachiæ nomen alteri plantarum generi imposuisset, quam cui-

Tournefortius adſcripſit, eorum in gratiam hodie iſtud non mutaremus; ſed debent nunc Patrum nomina æque cito, ac aliorum, ſynonymorum intrare phalangem, Et certe ſi hæc non obſervaretur regula, major fieret hoc tempore confuſio nominum, quam erat ſeculo decimo-quinto.

Leucoium a Tournefortio relatum ad genus 290, a Ruppio ad 537, quantam confuſionem crearit tyronibus, novit quivis.

Myoſotidem exempli loco producam: pono genera mea nota 101. 102. 373. 376. *Tournefortius* Genus 102. ſub 101 comprehendebat, adeoque nomen (Myoſotis) in 376. tranſtulit, cum ſupervacaneum erat in genere 101.

Ruppius diſtinxit Genus 102. ab 101, & nomen revocavit a Gen. 376. ad 102. nec aliud impoſuit 376, ſeb ſub 373. cum Veteribus retinuit.

Dillenius vero Genus 376. a 373. cum Tournefortio diſtinctum voluit, nec cum Ruppio ſub 376. miſcuit; genus etiam 102. a 101. cum Ruppio ſeparavit, nec 102. cum 101, ut Tournefortius, confundit: nomen Myoſotis 102, conceſſit, novum autem 376. impoſuit.

Tyro, qui Myoſotidem nunc conjunxit cum 376, nunc vero cum 102, quam primum nominatur Myoſotis, hæſitat, cuinam notioni adnectat nomen, 102. ſcilicet, vel an 376.

246. *Si genus receptum, ſecundum jus naturæ & artis, in plura* dirimi *debet, tum nomen antea* commune *manebit* vulgatiſſimæ *& officinali plantæ.*

Varia nomina plantis impoſuere Veteres, rarius obſervantes genera. Syſtematici nullo habito reſpectu ad Veterum diviſiones, quæ fructificatione convenerunt, ad idem genus idemque nomen commune reduxerunt; reliqua omnia nomina ejecerunt. Cum hæc reductio, ſecundum aſſumta principia ſyſtematica artificialia, ſæpe erronea evaſerit, diviſerunt iterum hæc genera recentiſſimi Syſtematici ſecundum principia naturalia in plura, tumque revocata fuere prius expulſa nomina: quæ, ſi aliis, quam olim, nunc connecterentur plantis, inextricabilis inde oriretur confuſio. Exemplis res clarior evadet.

Cornus, *Oſſea*, *Meſomora* genere conjungi debent, adeoque excludi duo nomina, tertium perſiſtere: non licet ex hiſce tribus, ſi per ſe bona ſint nomina omnia, quodcunque horum placeat, indifferenter aſſumere; ſed neceſſario vulgatiſſimum, antiquiſſimum, & officinale nomen; ergo nec Oſſea, nec

Meſomora, ſed *Cornus* retineri debet. Hiſce poſitis; urgeat *Ruppius* ex authoritate Rivini, quod *Oſſea* ſit diſtinctum genus; *Rudbeckius*, quod *Meſomora*, cum herba ſit, reliquæ arbores; poſitis (non conceſſis) hiſce, non licet vocare Meſomoram Oſſeam, vel vice verſa, ſed debet ſingula retinere nomen quod antea geſſit.

CENTAURIA. g. pl. 676. ſic diviſum.

TOURNEFORTIO.	VAILLANTIO, &c.	PONTEDERÆ.
Centaur. maj. T.	*Rhaponticum* T.	*Cent.* maj. Pn.
	{ *Serratula* Rp.	*Jacea.*
	Crupina D.	
	Jacea V.	*Cyanoides.*
Jacea - - - -	*Crocodilium* V.	
	Calcitrapa V.	
	Calcitrapoïdes V.	
Cyanus. - - -	{ *Cyanus* V.	} *Cyanus.*
	Amberboi V.	

Concludo: Cyanoidem *Pn.* dici debuiſſe *Jaceam*; & Jaceam *Pn. Serratulam.*

247. *Nomina Generica Græca* Latinis literis *pingenda ſunt.*

Nomina Generica plantarum, licet e græca lingua confecta ſint, vel mutuata, tamen in commerciis Botanicis pingenda romanis literis: minime vero græcis exprimenda characteribus, & quidem ſequentes ob cauſas.

Græcam Linguam minus neceſſariam judicamus Botanicis hoc ævo, quam Commentatorum obſervationes, cum ſalus Botanices non amplius quæratur e Patrum Græcorum, ut quondam, ſcriptis, ſed ex obſervatis: & ſi vel quid ex iis peteretur, tranſlata ſunt eorum opera dudum in varias linguas.

Eandem ſignificationem habebunt hæc nomina Græca latinis characteribus expreſſa, ac ſi propriis exprimerentur literis: ſed longe facilius leguntur, et ſcribuntur a græcæ linguæ minus, quam latinæ adſuetis.

Uniformia tandem evadunt omnia, græca cum latinis, nec ut barbara viſu tyrones abſterrent.

Receptum etiam fuit omni ævo, ab omnibus fere Botani-

cis, immo & eloquentiſſimis quondam Romanis, a PLINIO & aliis græca nomina latinis literis pingere.

Renealmium (ſpecim. plant.) ſolum excipio: vix enim alium novi, qui non huic ſubſcripſerit theſi; ille autem doctior videbatur græcus, quam Botanicus, & major æſtimator linguæ græcæ, quam Scientiæ Botanices.

Gaza aliam adgreſſus eſt methodum, dimittendo literas græcas, dum romanas reciperet: transferendo ſcilicet nomina græca in latinam, ſecundum vim vocis. e. gr. Vitex græce Ἄγνος dicebatur. ἄγνος Græcorum *Caſtum* ſignificat; hinc Gaza Viticem (loco Agni) Caſtum dixit.

Aarbari inſequentes credidere *Agnum* ſua natura eſſe verbum latinum, ſynonymumque ovis: hinc aſſumſere *agnum* ut ſubſtantivum, & *caſtum* ut adjectivum, quaſi *ovis caſta*, ſeu *agnus caſtus*: quæ nomenclatura maxime placuit Pharmacopœis, licet nulla exiſterit hac ipſa magis barbara. Ab Agno dicitur & Elæagnus, quaſi Olea-Vitex, hinc non *Elæachnus*, ſed *Elæagnus*.

Cum nomina græca latinis pingantur literis, debent & literæ græcæ, ab omni ævo a romanis mutatæ, mutari. e. gr.

Græca in Latinam.

Ἐλαία.	αι in æ	Elæa.
Ἀνδρόσαιμον.		Androſæmum.
Ζειά.	ει —— e	Zea.
Ποταμογείτων.		Potamogeton.
Ἀείζωον.	—— i	Aizoum.
Λειμώνιον.		Limonium.
Χονδρίλλη.	η —— a	Chondrilla.
Ὀθόννη.		Othonna.
Φηγός.		Fagus.
Νηπενθής.	—— ε	Nepenthes.
Ἠρύγγιον.		Eryngium.
Ἀλοή.		Aloë.
Ἠριγέρων.		Erigeron.
Κορωνόπους.	ο —— o	Coronopus.
Ὄροβος.		Orobus.
Χελιδόνιον.	—— u	Chelidonium.
Ὑπήκοον.		Hypecoum.

Ἀγχοῦσα.	ου ——	u	Anchusa.
Οἰνάνθη.	οι ——	oe	Oenanthe.
Φοίνιξ.			Phoenix.
Μῶλυ.	υ ——	y	Moly.
Λάθυρος.			Lathyrus.
Ὦχρος.	ω ——	o	Ochrus.
Ἀνεμώνη.			Anemone.
Ξίσων.			Sison.
Βούφθαλμον.	θ ——	th	Buphthalmum.
Ὦχρος.	χ ——	ch	Ochrus.
Λύκιον.	κ ——	c	Lycium.
Ὤκιμον.			Ocymum.
Ἀγχοῦσα.	γχ ——	nch	Anchusa.
Ηρύγγιον.	γγ ——	ng	Eryngium.
Ὑσσωπος.	῾ ——	h	Hyssopus.
Ἐλλέβορος.			Helleborus.
Ἀντίῤῥινον.			Antirrhinum.

Barbara in Latinam.

Kna'wel. Knawel.

248. *Nominum Genericorum terminatio* & Sonus, *quantum fieri possit, facillitanda sunt.*

Cum Nomina Generica conficiuntur, ut enunciatu sint facilia, et grata omnibus, quantum licet, studendum; sunt enim bene multa introducta, quæ quoad radicem vocis, adque verborum constituentium selectum inter primaria facile judicarentur, quoad effatum vero adeo insolita, rigida, et dura, ut cuique horrorem solo sono incutiant.

Ut itaque faciliora & gratiora obtineantur, tria observanda proponam, sonum scilicet integræ vocis; terminationem vocabuli; & verborum constituentium ordinem.

Sonus totius nominis ne æquivocus evadat, cum rebus aliis, ante omnia cavendum, licet consonantium verborum origo & radix diversissima existeret; exponunt alias nos risui apud artis ignaros. μεῖον græcorum, in *Meum* a latinis scriptum, quod quidem minus nihilo habet cum Meo romanorum commune. Multi tamen, artis nostræ ignari, quoties nomen

Meum exaudivere, hoc a latina lingua mutuatum persuasi; cum joco exclamarunt: si hoc *Meum*, ubi tum *Tuum?* assumsi itaque *Athamantam* synonymon antiquum *Mei* loco. *Alpinam* dixit Plumierus a Prospero Alpino plantam; at omnes, qui nomen audivere, eandem proprie *Alpinam*, seu in Alpibus nascentem plantam esse credidere: hinc *Alpiniam* dixi eandem. *Phyllon* latine *folium* est, hinc illud non facile loco generici nominis admitterem, licet Filices, quibus hoc imposuere Veteres, solis foliis, absque caule, ramis, floribus, aut fructibus evidentibus prognascantur; cum itaque plantam foliis præsertim superbientem, a foliorum splendore nominarem, non *Phyllum* dixi, sed *Phyllidis* vocabulum imposui, cum Phyllis, Virgilii Amabilis, a foliis dicta fuerat.

Terminatio vocabuli insolita nulli non ingrata est; hinc Veteres Romani cum nomina Græcorum assumerent, sæpe unicam alteramve literam excluserunt, ut gratiora facilioraque evaderent. (vid. *α.*) quod idem & hac nostra ætate circa insoliti verbi terminationem concederetur, nullus dubito. Hinc pro *Centaurio*, *Euphorbio*, *Helenio*, dixi *Centauriam*, *Euphorbiam*, *Heleniam*, dum aliis generibus, quam quibus imposita prius, præfigerentur; si vero locum non mutare debuissent, nec nomina tetigissem, cum vero transferenda essent, mutationem admisere, ut insolito sono, insolitam generis ideam monerent.

Ordo vocabulorum, nomen genericum constituentium, maxime considerandus est, alias facillime absurdissimæ proveniunt, ubi alioquin optimæ evaderent, nomenclaturæ; Tyronibus itaque tres præscribam regulas.

1. Cum duo substantiva conjungantur in idem vocabulum, debet prius esse genitivi casus. e. gr. Νυξ nox, & Ανθος flos.
hinc *Nyctanthos*, non vero *Nyxanthos*.

2. Cum ejusmodi duo substantiva combinentur, non indifferens est, quodnam horum placeat præponere, vel postponere ad sonum facilitandum, cum alias, si hic error committeretur, longe aliena prodiret vis vocis. e. gr.
Ανθος flos φυλλον folium.
Hinc *Anthophyllum* & *Phyllanthos*.
Floris folium & folii flos.
quæ duo ideas diversissimas continent.
Michelii *Anthoceros* debuerat dici *Ceranthus*.
pro floris cornu, rectius dictum cornu flos.

3. Si substantivum & adjectivum combinarentur, quod tamen

minus laudamus, debent ea numero, genere, & caſu convenire, ſed ſubſtantivum ſemper ſequi. ex. gr. Vaillantii *Caraxeron*, male caput aridum, pro arido capite.

α. Græca a Romanis terminata.

Cypariſſus.	*Cupreſſus.*
Cyclaminus.	*Cyclamen.*

β. Terminationes inſuetæ.

Ballote.	*Ballota.*
Sinapi.	*Sinapis.*
Seſeli.	
Hedypnois.	*Lampſana.*
Tetrahit.	*Galeopſis.*
Triglochin.	
Centaurium.	*Centauria.*
Euphorbium.	*Euphorbia.*
Helenium.	*Helenia.*

γ. Æquivoca.

Alpina.	*Alpinia.*
Meum.	*Athamanta.*
Phyllum.	*Phyllis.*

δ. Male combinata.

Caraxeron *V.*	*Gomphrena.*
Anthoceros *M.*	

249. *Nomina Generica* Seſquipedalia, *enunciatu* difficilia, *vel* nauſeoſa, *fugienda ſunt.*

Atro carbone notabo nomina quædam, mala nobis dicta, licet cum aliis nullis confuſionem crearent, licet optime per ſe eſſent conſtructa; hæcque triplicia: *Seſquipedalia*, *Difficilia*, & *Nauſeoſa*.

Seſquipedalia nomina dico tam longa, ut integram lineam

paginæ fere impleant, nosque in eorum enunciatione pene jugulent, vel ut Poëta definit.

Sesquipedalia verba.
Vel nocitura sono, guttur læsura loquentis.

Circa hæc rident nos Critici, & dicunt ea vel esse confecta ab imperitis, vel malevolis ad eludendos homines, cum nil magis humanæ loquelæ abominabile sit, quam nimis longa verba.

Producuntur communiter hæc, dum e pluribus, quam duobus verbis conflamus tertium nostrum; hinc videmus ab exemplis, quod maxima horum pars decomposita sit. Decomposita verba in Botanicis vix tolerari deberent, multo minus supradecomposita.

Conficta fuere hæc omnia recentiori ævo, & quidem a Viris maxime ad res suas attentis, qui, dum nomina characterem includentia, & optima elaborare studuerint, in hoc extremum incidere. Verba supradecomposita valeant in foro Anatomico & Myologia, a quo Botanices studium diversissimum existit.

Omne, quod caret medio, transit in extremum; ut virtus in malitiam, &c. Assumendi itaque tandem sint termini, quos transcendere prohibeamur. Ego dico *sesquipedalia* nomina, quæ plures quam duodecim includunt literas, cum apud Veteres vix ulla hisce longiora observo.

Difficilia enunciatu sunt verba, quæ nimis multas consonantes continent, & vix, nisi balbutiendo, enunciari queunt. Horum nota est, quod si recenseantur ter quaterve quam citissime, interrupta serie, nodos quasi in gutture implicent.

Nauseabunda dico vocabula, quæ nullam, cum reliquis, in Botanicis, servant similitudinem, sed toto cœlo diversa & aliena sunt, nobisque quasi Barbara videntur.

α. Sesquipedalia.

14. Ana-podo-Phyllum *T.*	*Podophyllum.*
Penta-gono-theca *V.*	
15. Staphylo-dendron *T.*	*Pisonia.*
Clathr-oid-astrum *M.*	*Staphylæa.*
Ant-aniso-phyllon *V.*	*Boerhaavia.*
Jon-Thlaspi-oides *K.*	

6. Alſin-aſtri-formis *Plk.* — *Montia.*
Mes-embry-anthemum *Br.*
Valerian-ell-oides *B.*
7. Acro-chordo-dendros *Plk.* — *Cephalanthus.*
Aſtero-platy-carpos *Cm.*
Kalo-phyllo-dendron *V.* — *Calophyllum.*
Pent-aptero-phyllum *D.* — *Myriophyllum.*
Pſeudo-Limon-oides *K.* — *Statice.*
Stachy-arpago-phora *V.* — *Achyranthes.*
8. Pſeudo-chamæ-Pithys.
Pſeudo-Gnaphal-oides *V.*
Staphylo-dendr-oides *B.* — *Royena.*
Eupatorio-phalacron *V.*
Hydro-cerato-phyllum *V.* — *Ceratophyllum.*
Chamæ-Rhodo-dendron *T.* — *Azalea.*
Micro-leuco-Nymphæa *B.* — *Hydrocharis.*
Lepido-carpo-dendron *B.* — *Protea.*
Titano-Kerato-phyton *B.* — *Iſis*
9. Leuco-Narciſſo-Lirion *Lb.* — *Galanthus.*
11. Corio-tragemato-dendros *Plk.* — *Myrica.*
12. Hypo-phyllo-carpo-dendron *B.* — *Protea.*

β. *Difficilia.*

Acrochordodendros *Plk.* — *Cephalanthus.*
Alectorolophus *Rj.* — *Pedicularis.*
Clathroidaſtrum *M.*
Ceratocephaloides *V.*
Æſchynomene *Br.*
Orbitochontus *K.*
Stachyarpogophora *V.* — *Achyranthes.*
Tetragonolobus. — *Lotus.*

δ. *Nauſeoſa.*

Caraxeron *V.* — *Gomphrena.*
Ballote. — *Ballota.*
Bucanephyllum *Plk.* — *Sarracena.*
Galeobdolon *Rv.*
Leontopetalon *T.* — *Leontice.*
Potamogeiton *Rj.* — *Potamogeton.*
Siliquaſtrum *T.* — *Cercis.*

Myrobatindum *V.*	*Lantana.*
Tetrahit *D.*	*Galeopſis.*

250. *Nominum Genericorum loco* terminis artis *abuti*, *inconſultum eſt.*

Paucis ultimo meminiſſe ſufficiat nomina generica a terminis artis noſtræ mutuata, quæ cum a doctis Botanicis admodum paucis, ſi ullis, aſſumta fuere, ſicco pede ea pertranſimus; quid Empirici, qui terminos artis & ſyſtematis leges ignorant, faciant vel non faciant, flocci facimus.

Ratio, cur falſa ea dicamus, cuique conſtat, cum ſcilicet æquivoca ſint, adeoque dijudicentur ſecundum legem 230. 231. & 233.

Qui vero hæc ſub Antiquitatis patrocinio defendere tentarent, ſciant Veterum ſapienter facta imitari, male autem facta evitare.

Vel debent hæc vocabula in generibus, vel in terminis artis excludi: termini pertinent ad integram ſyſtema; nomina generica ad paucas modo plantas; viam minus periculoſam eligere ſapientis eſt; ergo in genere excludi.

Quam abſurda hæc ſint, patebit ipſis Pharmacopœorum famulis ex ſequenti formula.

℞. Pl. Odoratam.
Tuberoſam.
Bulboſam.
Graminifoliam.
Hexapetalam.
Spicam.
Nucem.
Siliquam.
Obſ. Obſ.

Quis crederet ſanus hæc verba proprias indigitare plantas,

α. Latina.

Radicula.	
Tuberoſa *Hs.*	*Polianthes.*
Bulboſa *Rj.*	
Graminifolia *Rj.*	*Subularia.*

Perfoliata *Rv.* *Bupleurum.*
Scandens *Pt.*
Spica *Hk.*
Anomala *Pt.*
Vafculifera *Pt.*
Siliquifera *Pt.*
Pomifera *Pt.*
Baccifera *Rj.*
Prunifera *Pt.*
Nucifera *Pt.*
Siliqua *T.*
Nux *T.* *Juglans.*
Odorata *Rv.* *Scandix.*

β. Græca.

Phyllum.
Acinos *Rv.*
Polyanthos *Pt.*
Hexapetala *Plk.*

251. *Nominum Claffium & Ordinum cum Genericis par eft ratio.*

Ut Genus fe habeat ad fpecies, ita Ordo ad Genera, & Claffis ad Ordines. Dicitur itaque Claffis *Genus Summum*, Ordo feu fectio *Genus intermedium.* Nil itaque differt Nomen Ordinis vel Claffis, præterquam quod hæc muta fint in plantæ enunciatione: Generis vero nomen fonorum, fubeunt itaque nomina Syftematica eafdem cum generibus leges; debentque proin effe *propria* §. 213. 214. 217. conftare *verbo unico* 215. 221. *eodem* 216, *non primitivo* 220, *non hybrido* 223. 224. 225. 226. 227. *non barbaro* 229, *non æquivoco* 230. 231, *non contrario* 232; *non a Viris dicto* 236, *non fefquipedali* 249, fed *facili* 248.

Cum fpecierum fiat recenfio, in fronte gerat fpecies fingula fui generis nomen, ex quo folo nomine generico, æque viva evadat idea generis, cum qua junctum erat antea in meo conceptu, ac fi integer defcriberetur generis character: præfupponuntur enim omnia genera Botanicis nota. Idem valet & valebit de Claffibus & Ordinibus, adeoque & de nominibus fyftematicis.

Nomina, dum rebus impoſita ſunt, idem præſtant ac integra definitio, cum ſingulum nomen per ſuam definitionem adnectitur ſuo definito in meo conceptu. Valet itaque nomen abſolute idem ac definitio, ſed facilius longe & enunciatur, & ſcribitur, & percipitur, & retinetur; in linguis idcirco, ubi nomina rerum non ſuppetunt, omnia periphraſi circumſcribenda ſunt. Ratio eadem eſt cum nominibus ſyſtematicis.

Cæſalpinus Claſſibus ſuis nomina abſolute nulla impoſuit, ſed definitionibus ſolis contentus fuit, ideoque vix eloqui abſque ambagibus potuit ſuas ideas, idcirco nec ejus, ut reliquorum, trita fuit methodus.

Tourneſortius videtur minus obſervaſſe leges ſyſtematicas, cum uni eidemque claſſi plura conceſſit nomina; unica enim ubi claſſis, unicum erit nomen. e. gr.

Anomali monopetali
Flore aurito
Perſonato.
Infundibuliſormes
Hypocrateriformes
Rotati.

252. *Nomina Claſſium & Ordinum* e Viribus, modo naſcendi, foliis, *ſimilibuſque petita*, *mala ſunt.*

Quum hæc nomina nullam ſubminiſtrent characteris ideam, & hinc neque character nominis ideam, mala ſunt, & difficilia.

Cum claſſem & ordinem a fructificatione definio, nomen vero ab alia parte quæro, duplici idea gravatur memoria, nec has duas adeo facile connectere valet, ut una mota moveatur & altera.

Stellatæ, *Aſperifoliæ* & *Verticillatæ* omnibus diſplicuere, cum *Stellatarum* nomen a foliorum ſitu, character a fructu diſpermo ſub flore monopetalo. Uti *Aſperifoliarum* nomen a ſcabritie foliorum, character a ſeminibus quatuor intra florem monopetalum pentandrum. Et *Verticillatarum* nomen a ſitu florum in multis verticillato, dum character quæratur in tetragymnoſpermia intra corollam inæqualem.

Cordiales & *Capillares* Veterum malæ ſunt.

253.

253. *Nomina Classium & Ordinum notam* ESSENTIALEM & CHARACTERISTICAM *includant.*

Cum systemata tot, tamque multa diversa prodeant, quæ singula proprium & a reliquis diversum agnoscunt fundamentum, ne memoriam mentemque nimis gravent, debent ideæ classium & ordinum subministrare nomen, & nomen ideam, id est connexa esse inter se hæc duo, idea & verbum, quo facto omnium facillima evadunt, nec memoriæ deinde tanto oneri.

Quo brevior & compendiosior habeatur character classis aut ordinis, eo & facilius nomen; ergo & nulla faciliora nomina, quam ubi Systemata e numero desumta sunt. Hinc Riviniana methodus omnium facillima evasit. Hinc Rajana difficilior visa.

Facilia a Numero.

Rivino *Monopetalæ, Dipetalæ, Tripetalæ, Tetrapetalæ, Pentapetalæ, Hexapetalæ, Polypetalæ.*

Hermanno *Gymno-monospermæ, Dispermæ, Trispermæ, Tetraspermæ, Polyspermæ.*

Nobis *Monandria, Diandria, Triandria, Tetrandria, Pentandria, Hexandria, Heptandria, Octandria, Enneandria, Decandria, Dodecandria, Polyandria.*
Didynamia, Tetradynamia.
Monadelphia, Diadelphia, Polyadelphia.
Monœcia, Diœcia.

Facilia a Structura.

Compositæ.	*Syngenesia.*	
Pomiferæ.	*Bacciferæ.*	
Siliquosæ.	*Leguminosæ.*	*Capsulatæ.*
Apetalæ.	*Nudæ.*	

Quo minus autem comprehendit nomen characterem, eo difficilius evadit nomen.

Stamineæ, cum omnes flores gaudent staminibus, nec hujus classis solæ.

Corymbiferæ, Capitatæ, Discoideæ, cum in his nulla essentialis classi nota.

Corymbiferis affines, cum idea amandatur ad aliam classem, antequam præsentem agnoscat.

Epiphyllospermæ & *Dorsiferæ* nomina optima essent, si Ophioglossi & Lunariæ non existeret genus : nunc autem falsa, cum characterem essentialem non fidum gerant.

Flores, quos Tournefortius *Labiatos* dicit, eosdem Rivinus *Galeatos* & *Barbatos* vocat (barbam autem sine labio non concipit Rudbeckius,) eodem tamen res redit : potuisset hisce jungere *Personatos* suos Tournefortius, secundum assumtum principium, omnesque *Ringentes* aptius nominare.

254. *Nomina Classium & Ordinum*, a plantæ *cujusdam nomine desumta, sub quo integram cohortem intellexere Veteres, in genere exclusa, classibus naturalibus tantum inserenda sunt.*

Cum Systemata artificialia construimus, principium aliquod assumimus pro lubitu, secundum quod nostras divisiones facimus, adeoque faciles in his characteres, faciliora proinde nomina essentialia. At in Systemate Naturali longe difficilius & eruuntur essentiales characteres, & eorum nomina essentialia; puto itaque in his perferenda esse nomina, quæ nullam cum Systemate servant combinationem. Hæc enim nomina non adeo multa erint, nec ex conceptu Botanici mobilia, sed omnibus eadem; aliter se habet cum hypotheticis & artificialibus nominibus. e. gr.

Lilium. Veteres sub nomine Lilii maximam partem classis intellexere; in hunc usque diem etiam vulgus, cum viderit plantam bulbosam sibi ignotam, hanc Lilii speciem dicit. Hinc & Salvator : *Considerate Lilia*, id est, flores omnium formosissimos, splendidissimosque, quorum nitorem ne Salomonis summus splendor unquam æquiparare potuerat.

Gramen vocat vulgus omnes plantas culmiferas cum staminibus tribus, quibus calyx gluma est.

Musci, *Fungi*, *Filices*, *Palmæ*, *Fuci*, *Algæ*, *Corallia* eandem agnoscunt rationem & legem.

Non tamen extendamus hoc nostrum beneplacitum latius, quam competat rebus. e. gr.

Leucojiformes vocat Kramerus Cruciformes T. Tetradynamiam Nostram, Siliculosas & Siliquosas; an juste? judicent justi..

Assumta in classibus nomina excludantur in genere : vide §. 233; & alia in generibus restituantur.

255. *Nomina Classium & Ordinum* unico *constabunt vocabulo.*

Unico constabunt vocabulo, ut memoriæ faciliora, utque uniformia evadant; quo pluribus enim constant vocabulis, eo imperfectiora sunt, & a proprietate nominis magis recedunt, usque dum in definitionem transeant; sint itaque veræ Classes, certæ definitiones, appropriata nomina.

Longa Nomina.

Perfecti simplices irregulares tetrapetali. *Riv.*

Papilionacei T.

Compositi ex irregularibus in ambitu, regularibus in medio. *Riv.*

Radiati T.

Vasculiferæ flore monopetalo difformi *B.*

Personati T.

Flore perfecto simplici, seminibus nudis solitariis, seu ad singulos flores singulis. *Raj.*

Nomina classibus apta præstitit *Tournefortius* : at Ordinibus nulla omnino nomina imposuit; hinc methodus ejus, quo ad Classes, omnibus acceptissima evasit, quoad ordines vero omnibus obscura.

Tournefortiana.

Campaniformes.	*Papilionacei.*
Infundibuliformes.	*Flosculosi.*
Personati.	*Semiflosculosi.*
Labiati.	*Radiati.*
Cruciformes.	*Apetali.*
Rosacei.	*Amentacei.*
Umbellati.	
Liliacei.	

Nos in systemate sexuali, & classibus, & ordinibus nomina unico constructa verbo imposuimus.

Nomina ejusmodi unico comprehensa verbo dein reliquis inserviunt loco terminorum artis, quod alia nomina non.

Cum nomina hæc conficiuntur, ut appropriata fiant, allaborandum, nec ullo modo æquivoca. e. gr. CAPSULA sumitur de pericarpio membranaceo ab ejus externa structura.

Unicapsulares. Primula, Lychnis, Lilium, Parnassia, Pyrola.
Bicapsulares. Vinca, Nerium, Apocynum.
Tricapsularis. Tamariscus.
Quadricapsulares. Tetracera.
Quinquecapsulares. Aquilegia, Spiræa, Sedum.

At LOCULAMENTUM de interna structura pericarpii, ejusque divisione interna.

Uniloculares. Primula, Vinca, Tamariscus, Tetracera, Aquilegia.
Biloculares. Lychnis, Mandragora, Astragalus.
Triloculares. Lilium, Convolvulus, Musa.
Quadrilocularis. Parnassia.
Quinqueloculares. Pyrola, Pyrus, Aizoum.

Ergo male maxima Systematicorum pars multicapsulares & multiloculares pro synonymis habet, cum diversas hæc duo diversa verba subministrant ideas.



NOMINA SPECIFICA.

256. *Perfecte nominata est Planta nomine* Generico *&* Specifico *instructa.*

PARTEM aggredior Botanices in hunc usque diem intactam, nostræque relictam industriæ.

Nulla in Botanicis mihi visa est certitudo Scientiæ, vel Disciplinæ lex ante ortum Cæsalpini 1583. Qua primum data, inde ab eo tempore debetur fere integra Systematicis: præsertim ab anno 1660. in hunc usque diem per *Morisonum*, *Rajum*, Bobartium. *Hermannum*, Rudbeckium, *Boerhaavium* *Rivinum*, Knautios, Buxbaumium, Heucherum, Ruppium, Hebenstreitium. *Tournefortium*, *Plumierum*, Petitum, Fevillæum, Jussievium, Isnardum, Nissolium, *Dillenium*, Pontederam, Houstonum, Michelium, Scheuchzerum, Montium, *Magnolium*, *Vaillantium*, ut tandem quædam in generibus niteat certitudo. Hi Viri laboriosissimi, videntur nobis omnes suas vires generibus impendisse, specierum vero characteres posteris reliquisse elaborandos.

Cum nulla confici queat unquam vera differentia, nisi certum, fixum & stabilitum sit genus, sequitur omnia Veterum Nomina Specifica claudicare, licet adepta sint à Systematicis multoties.

Ut tandem in speciebus vera elucescat scientia, cum in his ultimus finis scientiæ nostræ consistat, sequentia Botanicis proponam circa nostram incedendi methodum.

1. Ut notæ lubricæ, incertæ, & falsæ rejiciantur. *F. B.* 259. 260. 261. 262. 263. 264. 265. 266. 267. 268. 269. 270. 271. 272. 273. 274. 283. 281.
2. Ut notæ firmæ, certæ, & mechanicæ, solæ recipiantur. *F. B.* 257. 275. 276. 277. 278. 279. 280. 282.

3. Ut notæ veræ caute, caſte, & judicioſe combinentur. *F. B.* 284. 285. 286. 287. 288. 289. 290. 291. 292. 293. 294. 295. 296. 297. 298. 299. 300. 301. 302. 303. 304. 305.

Qui in praxi Botanices vel leviter verſatus eſt, mecum fatebitur ſe millies, dum ſpecierum nomina inquireret, eluſum, nec ſibi ſuffeciſſe omnes deſcriptiones, omnes figuras, omnia nomina, ut aliquid certi de planta ex hiſce concludere potuerit. Heu quoties imperfecta deſcriptio ſe ſiſtit! heu quot millia imperfectarum figurarum! heu quot Myriades vanarum notarum in differentiis! Præſtitere Syſtematici genera ad maximam partem certa, quibus perveniat Curioſus primo intuitu ad deſideratam familiam. Adgrediamur dare differentias, quæ, ſi veræ, primo intuitu dabunt ſpeciem, longe certius ſolæ, quam omnes deſcriptiones, omnes icones ſimul.

257. *Nomen Specificum plantam ab* omnibus congeneribus *diſtinguat.*

Hic aphoriſmus fundamentum eſt omnium nominum ſpecificorum, quo neglecto falſa erunt omnia.

Debet itaque Genus ſtabilitum eſſe, antequam condatur nomen, ut cognoſcamus ſpecies unicuique generi adſcriptas, quas diſtinguere tenemur. Non enim datur nomen ſpecificum vivum abſque capite; caput nomen genericum eſt.

Deſcriptio eſt geometrica circumſcriptio ſecundum Numerum, Figuram, Situm & Proportionem omnium plantæ partium. Adeoque continet hæc omnes notas externas in planta exiſtentes. Per notas conformes & ſimiles, ejuſdem proſapiei plantas eaſdem concludimus, ut per differentes & diſſimiles, diverſas. Notæ differentes diſtinguunt quidem ſemper plantas, at non æque facile percipitur differentia, ubi plurima diſtinguenda, ac ubi pauca; facile eſt diſtinguere aliquot objecta, difficile millena: hinc ſubdiviſio, ubi major objectorum copia, diſtinctionem facilitat, quæ in Botanicis *Syſtema* & *Methodus* audit. Hæc enim dat genera infima, ſubque eis conſtitutas ſpecies: adeoque *Differentia* Botanicis eſt, quæ diſtinguit plantas, modo ſub eodem genere conſtitutas; *Deſcriptio* vero omnes in univerſum, abſque genere, a ſe invicem. Hæc obſcura ſæpe nobis, & vix percipienda: illa facilis: hinc

CÆSALPINUS : *ignorato genere nulla Descriptio, quamvis accurate tradita, certam demonstrat, sed plerumque fallit.* Differentia autem si accurate tradita, certam semper demonstrat plantam, nec unquam fallit.

Cum differentia tantummodo distinguat species congeneres, sequitur nullum nomen specificum (*F. B.* 292.) certum evadere, antequam omnes species innotuerint : sequitur & omnia nomina specifica ab iis constructa, qui vera ignorarunt genera, non posse non falsa esse : ergo

Nomina Specifica omnia, quæ plantam a congeneribus suis non distinguunt, falsa sunt. &
Nomina Specifica omnia, quæ plantam ab aliis quam congeneribus distinguunt, falsa sunt.

Cum non uni detur, vel raro detur, omnes ejusdem generis inspicere species, cuique patescit rei difficultas ; absit itaque, quod in me nomina specifica omnia bona conficere audacter sumerem ; sufficiat si alios doctiores excitare queam ; sufficiat si triginta Botanici per sexaginta annos istud culmen feriant, quod Systematici in generibus. Incipiamus semel, fiant nomina imperfecta, mala, superflua, onera Botanices, ut eveniant bona, perfecta, ornamenta summa Botanices ; qui nunquam male, nec unquam bene. Princeps, qui, postquam diu luctatus fuerit, millenaque millia militum amiserit, finem & scopum, belli causam, obtinuerit, vere Victor evasit, & juste triumphat.

258. *Nomen Specificum primo intuitu plantam suam manifestabit, cum differentiam ipsi plantæ* inscriptam *contineat.*

Cum planta rara Botanico ostenditur, ex lectis in fructificatione literis, primo intuitu genus enunciat ; si vero de specie interrogetur, mutescit, præsertim si sub eodem genere major specierum militat copia, nec antequam autores evolverit, eam determinare potest. Mira sane res ! Invenerunt dudum Botanici compendium, quo ex sola fructificatione, quæ sæpe minima existit, propositam plantam primo intuitu a duodecim millibus aliis distinguant, tamen a totius plantæ aspectu, & omnium ejusdem partium examine, non speciem unam ab altera vel viginti solum separare queant ; quænam sit hujus mali causa ? quisnam defectus ? Nullus sane alius, quam quod

congeneres ſpecies conferre, & ex collatis, notas ſingulis proprias inquirere recuſaverint.

Nomen Specificum ipſi plantæ æque inſcriptum erit ac unquam generis character; nomen enim ſpecificum nullam admittit comparationem cum generico, ſed eſt nil aliud, quam character eſſentialis ipſius ſpeciei. Genericum autem nomen proprio gaudet charactere, nec ſe ipſum definire tenetur: Specificum vero nulla gaudet definitione, ſed ſe ipſum definiat.

Proſcribimus, tanquam abſurdas, notas omnes in nominibus ſpecificis receptas, plantis ipſis non inſcriptas, a quacunque demum re alia aſſumtas. Valeant ergo

Hypothetici & falſi conceptus e foro Botanico; Valeant plantis impoſita opprobria; nos non agnoſcimus unicam alterâ magis veram, ſpuriam, adulterinam, peculiarem. *α.*

Idearum ordines, quos veteres Botanici proprio ſuo impreſſerunt cerebro, certe plantis non impreſſere, ut ullus in his eorum veſtigia obſervet; Naturæ autor ſpeciei uni præ altera nullum locum ſuperiorem, nullum inferiorem aſſignavit, omnes æquales fecit. *β.*

α. Hypothetica.

Aloë *vera.*
Acorus *verus.*
Acorus *adulterinus.*
Meum *ſpurium.*
Hyoſcyamus *peculiaris.*
Urtica *fatua.*

β. ab *Idearum Ordine.*

Tinus *prior* Cluſ.
—— *alter* Cluſ.
—— *tertius* Cluſ.
Rhagadiolus *alter* T.
Doronicum plant. fol. *alterum* C. B.

259. *Nomen Specificum a partibus plantarum* non variabilibus *deſumi debent.*

Primaria cauſſa, cur nomina ſpecifica Anteceſſorum fallacia

evaferint, fola in eo confiftit, quod partes & notas naturales, ac certas, a ludicris diftinguere recufarint. Cum autem affumferint omnes notas, accidentales & naturales indifferenter, indeque conftituerint ob minimam notam, novam fpeciem, orta fuit tanta confufio, tanta nominum barbaries, tanta fpecierum falfarum accumulatio, ut facilius effet ftabulum Augiæ purgare, quam Botanicen.

Stupiditatem ullam non defendo, fubtilitatem autem nimiam non rejicio, fed certe horreo hanc videre apud hominem minus judiciofum. Veteres; & minus attenti Botanici raro admodum fpecies falfas nobis objecere, at acutiffimi Recentiorum heu quantam molem invenere novarum fpecierum. *Columna* attentiffimus defcriptor, quam plurimas communicavit; *C. Bauhinus* in Prodromo numerat 600 novas; *Morifonus* in Præludiis 276 novas; *Pontedera* in Compendio 272 novas; *Barrelierus* innumeras novas; *Michelius* innumeras novas; *Tournefortius* in Inftitutionibus & Corollario infinitas novas orbi propofuere. Num horum omnium tertia pars vera fit, nefcio. Utinam nona pars effet!

Certe, fi omnis nota indifferens novam conftituat fpeciem, nulli mortalium Botanici Sapientiores & acutiores ANTHOPHILIS, qui in folis *Tulipis*, *Primulis*, *Anemonibus*, *Narciffis*, *Hyacinthis* omni anno aliquot millia Botanicis ignotas, novas proinde, fpecies oftendunt curiofis. Defiftebat ab opere Creationis Omnipotens Conditor die feptima, nec nova creatio omni die, fed continuata multiplicatio creatorum. Hominem creavit unicum, dictitante S. Scriptura: at fi minima nota fufficiat, vel mille hominum fpecies hodie proftant; proftant enim capillis albis, rubris, nigris, canis; facie alba, rofea, fufca, nigra; nafo erecto, brevi, inflexo, fimo, aquilino; proftant gigantes, pygmæi, obefi, macilenti, erecti, incurvi, tophofi, claudi, &c. &c. fed quis leviter fanus hos diftinctas diceret fpecies? En itaque affumamus notas certas, & inquiramus notas fallaces, quæ feducunt, nec variant rem; dico itaque *Magnitudinem* 260, *Locum* 264, *Tempus* 265, *Colorem* 266, *Odorem* 267, *Saporem* 268, *Ufum* 269, *Sexum* 270, *Monftrofitatem* 271, *Hirfutiem* 272, *Durationem* 273, *Multitudinem* 274, &c. fpecies non diftinctas reddere, quod & demonftrare teneor. Si Hæ notæ nunquam per fe fpeciem diverfam conftituant, utique & nunquam in nomine fpecifico agnofcantur.

TRIFOLIUM pratenſe album, Bauh. pin. 327. ab hac

1. *Trifoliaſtrum* pratenſe corymbiferum majus repens, foliis rotundioribus alba & ſagittata macula notatis, corymbis florum magis ſparſis, pediculis longiſſimis inſidentibus, ſiliquis tetraſpermis. *Mich.* gen. 26. t. 25. f. 1.

2. Trifoliaſtrum pratenſe corymbiferum majus repens, foliis rotundioribus alba & ſagittata macula notatis, ſiliquis tetraſpermis. *Mich.* gen. 26.

3. Trifoliaſtrum pratenſe corymbiferum majus repens, foliis rotundioribus alba ſagittata & in acutum longius producta macula notatis, ſiliquis tetraſpermis. *Mich.* gen. 26. t. 25. f. 4.

4. Trifoliaſtrum pratenſe corymbiferum majus repens, foliis oblongis obtuſioribus macula albicante ſuperna parte pyramidata, inferna cordis inſtar pulchre excavata, ſiliquis tetraſpermis. *Mich.* gen. 26.

5. Trifoliaſtrum pratenſe corymbiferum majus repens, folio ſubrotundo alba ſemilunata & in dorſo nonnihil excavata macula notato, ſiliquis tetraſpermis. *Mich.* gen. 26.

6. Trifoliaſtrum pratenſe corymbiferum majus repens, folio cordato alba macula ejuſdem formæ inſignito, ſiliqua tetraſperma. *Mich.* gen. 26.

7. Trifoliaſtrum pratenſe corymbiferum majus repens, folio obtuſo duabus maculis albis inſignito, quarum ſuperior minor triangularis, inferior major cordata, ſiliqua tetraſperma. *Mich.* gen. 27.

8. Trifoliaſtrum pratenſe corymbiferum majus repens, foliis obtuſis & veluti cordatis non maculatis, ſiliquis tetraſpermis. *Mich.* gen. 27.

9. Trifoliaſtrum pratenſe corymbiferum repens medium, foliis oblongis acutioribus macula lata ſagittata, ſiliquis tetraſpermis. *Mich.* gen. 27.

10. Trifoliaſtrum pratenſe corymbiferum repens medium rotundifolium, macula alba ſagittata perangusta, ſiliquis tetraſpermis. *Mich.* gen. 27.

11. Trifoliaſtrum pratenſe corymbiferum repens minus, folio ſubrotundo macula alba ſagittata minima. *Mich.* gen. 27.

12. Trifoliaſtrum pratenſe corymbiferum repens minimum, foliis obtuſis non maculatis, ſiliquis tetraſpermis ſuperna parte æqualibus, inferna veluti nodoſis, ſemine ſubluteo. *Mich.* gen. 27. t. 25. f. 3.

13. Trifoliaſtrum annuum corymbiferum album & procum-

bens, folio cordato fubtus atro-virente fplendente, filiqua tetrafperma, inferne falcatim difcriminata. *Mich.* gen. 17. t. 25. f. 6.

14. Trifoliaftrum pratenfe corymbiferum non repens, humi ftratum, alte radicatum, foliis fubrotundis alba falcata macula vix notatis, floribus minoribus fuaverubentibus, filiquis tetrafpermis fuperna parte tantum marginatis, femine fufco. *Mich.* gen. 27.

15. Trifoliaftrum pratenfe corymbiferum erectum annuum & præaltum, caule craffiore fiftulofo, folio longiore & cordiformi, flore albo, filiqua incurva, lata, compreffa ac difperma. *Mich.* gen. 28. t. 28. f. 2.

16. Trifoliaftrum fupinum corymbiferum annuum album majus, folio longiore obtufo, filiqua incurva, lata, compreffa ac difperma. *Mich.* gen. 28. t. 25. f. 5.

Hæ 1 --- 16 ejufdem funt fpeciei cum C. Bauhini primo allegata, & fic in aliis multis.

Tournefortius Tulipas 93. (ubi una eft) & Hyacinthos 63. (ubi duo funt) numerat, nec minus fæpe in aliis alii luxuriarunt.

260. Magnitudo *Species non diftinguit.*

Magnitudinis notam e nomine fpecifico abfolute profcribendam cenfeo, cum falfa fit, indeterminata, indefinita.

Magnitudinem fpecies non diftinguere docet integrum & Regnum vegetabile, & animale. Pygmæum a Gigante fpeciem diverfam non effe probant homines, canes, equi, fues, gallinæ, pifces, infecta; & omnes magni antea parvi exftitere.

Plantæ omnes in terra fterili, exfucca, arida minores, in fpongiofa, fucculenta, fecunda majores evadunt. *Plantago latifolia finuata* C. B. in terra pingui humanam altitudinem fæpe acquirit, in fterili vero vix dimidiam unciam fæpe attingit. *Fl. Lapp.* 62. γ.

Plantæ omnes in *Alpibus* parvæ, extra alpes majores excrefcunt. *Fl. Lapp.* 342. ε.

Hernandia folia gerit in America vix duarum unciarum; in hybernaculo vero pedalis fæpius diametri.

Uno verbo, nulla nota in plantis frequentior variat quam magnitudo, adeoque nec fallacior nota ulla.

Dein inter majorem & minorem: maximam, majorem, mediam, minorem & minimam, nulli dantur limites vel ter-

mini, præterquam graduales; gradus, absque limitibus, soli! hinc si una mihi offeratur, nec visa altera, nullo judicii acumine perspicio, utrum hæc major vel minor sit habenda. cum omnis magnitudo sit respectiva, nec datur majus nisi & minus existat. Scarabæus enim maximus est millies minor Capra minima.

Hinc erroneus est omnis gradus magnitudinis cum sit comparativus, sive tum respiciat integram plantam, sive ejus partem, sive folia, sive flores, sive fructus; addiscere unicam plantam ab altera non est sapientis studium.

α. Magnitudo totius Plantæ.

Alsine *altissima.*
——— *major.*
——— *media.*
——— *minor.*
——— *minima.*
Sedum *majus.*
——— *minus.*
——— *parvum.*
——— *minimum.*
Thalictrum *magnum.*
——— *minus.*
——— *minimum.*
Boletus *Magnus.*
Galeopsis *procerior.*
Gramen *elatius.* Rj.
Fraxinus *excelsior.* C. B.
Dipsacus *giganteus.* Boc.
Trachelium *giganteum.* Plk.
Jasminum *humile.* C. B.
Virga aurea *humilior.* T.
Alsine *exigua.* J. B.
Salix *pumila.* C. B.
Betula *nana* Rd.
Melampyrum *perpusillum.* Lob.
Juncus *omnium minimus.* T.
Hippuris *tenuissima.* J. B.
Plantago *major*, *media* a nonnullis cognominata. B.

β. Magnitudo foliorum.

Cistus major, folio *rotundiore.* J. B.

Ciſtus major, folio *rotundiore*. J. B.
——— major, folio *longiore*. J. B.
——— folio *breviore*. C. B.
——— folio *ampliſſimo*. T.
Tamarix folio *craſſiore*.
——— folio *tenuiore*.
Equiſetum *minus*, *omnium tenuifolium*. Lob.
Thalictrum foliis *craſſioribus*. T.
——— foliis *latioribus*. R.
——— *anguſtifolium*. T.
Nicotiana *anguſtifolia*.
——— *latifolia*.

γ. *Magnitudo florum*.

Cruciata flore luteo *minore*. Mor.
Cannabina flore *magno* luteo. B.

δ. *Magnitudo fructus*.

Phytolacca *majori* fructu.
——— *minori* fructu.
Siſymbrium ſiliqua *breviore*. T.

261. *Notæ collatitiæ cum aliis ſpeciebus* diverſi generis, *falſæ ſunt*.

Qui terminos artis aſſumere, deficientes condere, certiſque ac definitis inniti principiis recuſarunt, ſed abſque moleſtia ulla Botanicen perfunctorie tradere, quam primum nova ipſis oblata fuit ſpecies, differentiæ nomine, a lubrica quadam cum alia olim viſa planta ſimilitudine intercedente; eandem baptiſarunt, & ſe ſuis partibus optime functos credidere; Sed longe abſit, quod idem ſentiat alter Botanicus, qui prioris inquirere tenebatur Synonymon.

Quam ludicræ enim non ſint iſtæ ſimilitudines inter duarum diverſarum plantarum folia, imo tam diverſæ, ut adhuc obſervaverim nunquam duo ſimillima. Quanta hinc confuſio, patebit exemplis. e. gr. *Campanula jacobææ folio* T. Tyro neſciens quæ & qualia ſint *Jacobææ* folia, evolvit ſpecies, reperit ea vel linearia *Roſmarini*, vel ſagittata *Glaſti*, vel ſinuata *Dentis leonis*, vel obverſe ovata *Limonii*, vel decompoſita *Abſinthii*, vel alia infinita, ergo nulla certa figura;

ille non ſcit, utrum Botanicus intellexerit Jacobæam Glaſti, utrum Limonii, vel aliam ſpeciem. Sic & *Jacobæa ſenecionis folio*: Senecio & Jacobæa ſunt ejuſdem generis plantæ, ergo Jacobæa ſenecionis folio eſt idem, ac ſi dixiſſem *Jacobæam Jacobææ folio*, quod & ſtultiſſimus mortalium crederet. Alia eſt *Jacobæa ſenecionis folio* Raj. alia vero *Senecio jacobææ folio* Moriſ. Quum jam Jacobæa & Senecio ſint ejuſdem generis, adeo abſurda evadunt ambo hæc nomina, ut tetriora nulla. En aliud exemplum fallaciæ: pono *Jacobææ folia* ignota tyroni, evolvat ſpeciem Jacobææ, quæ eum remittat ad Hieracium, & Hieracium ad Blattariam (vide α.) & ſic in infinitum. Vel ſit ne neceſſarium, quod tyronis aſpectum prius incurrat *Limonium*, quam *Jacobæa*, ut ſciat quid *Jacobæa limonii* folio ſit? Mutato nomine generico alterius plantæ e. gr. Cymbalariæ, Blattariæ, non amplius erit Campanula Cymbalariæ & Blatariæ, ſed Antirrhini & Verbaſci folio. Qui hæc abſurda obſervarunt, fraudem lingua græca tegere tentarunt, ſed ſapientioribus eodem redit res. Hiſce conſideratis. Quæro a ſano omni, an in hiſce lateat judicii granum? num ulla in his certitudo? & cur non irriſi fuerint dudum ab aliis iſti Botanici, qui ejuſmodi aſſumſere notas. Sapiamus tandem, nec cæcutiamus meridiano die.

α. a Foliis.

CAMPANULA.
——— *Serpilli*folia. C. B.
——— *Lini*folia. C. B.
——— foliis *Urticæ*. C. B.
——— foliis *Echii*. C. B.
——— foliis *Anchuſæ*. C. B.
——— foliis *Bellidis*. T.
——— foliis *Blattariæ*. T. C.
——— foliis *Ptarmicæ*. T. C.
——— *Cymbalariæ* foliis. C. B.
——— *Perſicæ* folio. C. B.
——— *Tragopogi* folio. C. B.
——— *Leucoii* folio. T. C.
——— *Lychnidis*. folio. T. C.
——— *Jacobææ* folio. T. C.
JACOBÆA.
——— *Betonicæ* folio.

——— *Glasti* folio.
——— *Chrysanthemi* folio.
——— *Rosmarini* folio.
——— *Absinthii* folio.
——— *Hieracii* folio.
——— *Hormini* folio.
——— *Sonchi* folio.
——— *Dentis leonis* folio.
——— *Helenii* folio.
——— *Limonii* folio.
——— *Senecionis* folio.

GERANIUM.
——— folio *Aconiti*. C. B.
——— folio *Malvæ*. C. B.
——— folio *Althææ*. C. B.
——— foliis *Pastinacæ*. Hr.
——— *Betonicæ* folio. Hr.
——— *Alchimillæ* folio. Hr.
——— *Coriandri* folio. C. B.
——— *Cicutæ* folio. C. B.
——— *Uvæ crispæ* folio. Hr.

Campanula Jacobææ folio.
Jacobæa *hieracii* folio.
Hieracium *blattariæ* folio.
Blattaria *verbasci* folio.
Verbascum *conyzæ* folio.
Conyza *salviæ* folio.
Salvia *hormini* folio.
Horminum *betonicæ* folio.
Betonica *scrophulariæ* folio.
Scrophularia *melissæ* folio.
Melissa *plantaginis* folio, &c. *in infinitum.*

β. a Fructificatione & radice.

Juncus capitulis *Sorgi*. C. B.
——— capitulis *Psyllii*. C. B.
Alsine *Lini* capitulis. C. B.
——— *Symphiti* capitulis. C. B.
Gramen spica *Brizæ*.
Adonis *Buphthalmi* flore.

Gramen *Phalaridis* ſemine.
——— *Lithoſpermi* ſemine.
Ranunculus *Hellebori nigri* radice.
Cirſium radice *Hellebori nigri*.

γ. a Facie.

Clinopodium Ocymii facie. C. B.
——— Origani facie. C. B.

δ. Græciſmus.

Pſeudo Helleborus Ranuculoides Mor.
Acer Platanoides.
Braſſica Aſparagoides.
Adonis Helleboroides.
Carduus Acanthoides.
——— Centaurioides.
——— Eryngioides.
Lathyrus *Viciæformis* ſeu
Vicia *Lathyroides*.

ε. per Circulum.

{ Jacobæa *ſenecionis* folio.
{ Senecio *jacobææ* folio.
Jacobæa *hieracii* folio.
Hieracium *blattariæ* folio.
{ Blattaria *verbaſci* folio.
{ Verbaſcum *conyzæ* folio.
Conyza *ſalviæ* folio.
Salvia *hormini* folio.
Horminum *betonicæ* folio.
Betonica *ſcrophulariæ* folio.
Scrophularia *meliſſæ* folio.
Meliſſa *plantaginis* folio.

262. *Notæ collatitiæ cum aliis ſpeciebus* ejuſdem generis; *malæ ſunt.*

Malæ, & vix priori præſtantiores dicendæ differentiæ, a reſpectu ad plantas ejuſdem generis deſumtæ, ſi ab iis mutuetur terminus;

terminus; addiſcere unam ab altera, eſt diſcere per circulum, qui caret principio & fine. Vidiſtis, quoties ſpecies ſub eodem genere collocatæ a recentioribus ad alia longe, & diverſa genera amandatæ fuere; quo facto ex iis deſumtæ Notæ erroneæ factæ ſunt.

Cum hæ *Notæ* ſpeciale examen ſubibunt, plura dicere hic ſuperſedeo: modo proponam exemplum unicum, in quo videre liceat, quod *Viciæ* detur ſpecies *flore Viciæ*, & quidem tali flore, quali gaudet alia ſpecies Viciæ; ergo *Vicia ſepium* gaudet flore *Viciæ*; ergo datur alia Viciæ ſpecies flore prioris, ergo & *Viciæ floris*, quem ſi non proferret, nec *Vicia* eſſet. Judicet ſanus, num hoc nomen præſtet præcedentibus.

VICIA, flore *Viciæ ſepium ſive dumetorum*, *vulgaris*. Raj.

263. *Nomen* Inventoris, *vel alius cujuſcunque, in differentia non adhibeatur.*

Cum nomen ſpecificum tantum includat notas plantæ inſcriptas, quibus a reliquis ſui generis diſtinguitur, ſequitur, falſum eſſe, attributum ab Inventore, vel Deſcriptore, vel Botanico, vel Medico, vel illuſtri aliquo mutuatum, in nomine ſpecifico recenſere, cum nullus ſuum nomen vivæ plantæ inſcribere queat.

Aliud eſt plantam deſcribere, aliud denominare, aliud hiſtoriam dare: quod non obſervarunt, qui totam quantam plantæ hiſtoriam in differentia exhibere adgreſſi ſunt.

α. ab Inventore.

Trifolium *gaſtonium*. Moriſ.

β. a Deſcriptore.

Gramen cyperoide *Boelii*. Lob.
Conyza tertia *Dioſcoridis*. C. B.
Conyza media *Matthioli*. J. B.
Narciſſus *Tradeſcantii*. Rudb. vall.

γ. ab Hiſtoria.

Sideritis *Valerandi Dovrez* brevi ſpica. J. B.

Trifolium alb. a *Fuchsio* depictum. J. B.
Campanula pulchra a *Tossano Carolo* missa. J. B.
* Mimosa Zeyl. a Domino *Hermans*, excellentissimi domini *Syen*. Breyn.

δ. *In memoriam Viri.*

Chamæpithys fl. plus quam eleganti s. *Plusqueneti*. Pluk.
Eriocephalos *Bruniades*. Pluk.

ε. *In memoriam Sancti.*

Amanita *divi Georgii*. D.
Thymbra *sancti Juliani*. Lob.

264. Locus *natalis species distinctas non tradit.*

Locus neminem beat, nec ullum immutat, ne quidem Suem, si vel Romam duceretur, ut proverbium sonat.

Locus plantas sæpe parum differentes reddit, speciem tamen nunquam immutavit, ne quidem in cerebro ullius sani Botanici. Hic enim varietatum sæpius pater, specierum vero nunquam extitit.

Loca natalia in nomine specifico adduxere Plukenetius; Petiver, Breynius, &c. fere in omni differentia, omnino persuasi se imperfectas orbi proposuisse differentias, si locus eas non intraret. Et quis contra diceret, Botanicos egregia nomina præstitisse ubi loca imposuere; norunt enim inde Hortulani, qua methodo ova plantæ cujuscunque excludantur. e. gr. Si plantam *Surinamensem* dixeram, solo prægnanti committantur semina, sin vero *Alpinam*, omnino non. Adeoque, qui Hortulanis solis scribant, retineant natalem dulcissimum locum; alii vero locum in Historia plantæ, æque clare describere possunt, ac unquam in nomine specifico; nam quid Regio ad differentiam. An *Plantago parisiensis* extra Parisios non nascatur? an proinde pro nova specie habenda sit ista, quæ in Suecia & Lapponia occurrit, ubi Parisiis nunquam; vel eget probatione, quod primo Parisiis creata sit.

Lysimachia Canadensis dicta hoc die in Dunis Belgicis ubique occurrit spontanea, tamen pro eadem specie habendam censeo, usque dum demonstretur Hominem Europæum, Indiam qui petierit, speciem mutasse.

Tournefortio adeo placuit locus, ut e solis nominibus specificis integrum ejus iter orientale per omnia loca quivis colligeret, qui nunquam itinerarium ejus inspexit.

H. L. B. Species *Mesembryanthemi* (Ficoidis) 54 recenset; quarum 51 afræ; quas notas tyrones plantæ inscriptas legere nesciunt, nec alii, qui nil credunt, nisi quod manus ipsorum oculatæ videant.

Lobelius & *Rajus cont.* & *extr.* dicunt plantas in locis meridionalibus pratenses, in septentrionalibus esse sylvestres.

Pontedera, Cæsalpinus, Tournefortius, &c. easdem plantas in *Alpibus meridionalibus* prognasci prodiderunt, cum iis, quæ in *borealibus pratenses* sunt. In alpibus Italicis eædem proveniunt sæpe plantæ cum iis, quæ in Suecia pratenses sunt. In monte alpino *Ararat* observavit Tournefortius *Cotoneastrum folio rotundo*. J. B. *Conyzam acrem cæruleam*. C. B. *Hieracium fruticosum angustifolium majus*. C. B. *Jacobæam Senecionis folio*, *Euphrasiam*, *&c.* quæ omnes in pratis Sueciæ vulgares.

Flora Lapponica me docuit plantas omnes *alpium lapponicarum* extra alpes *palustres* esse, uti *Sceptrum Carolinum*; *Betula foliis orbiculatis crenatis*; *Rebus caule bifolio unifloro*, *foliis simplicibus*; *Salices plures*; *Pinguiculæ*, *Pediculares*, *Daphne*, *&c.*

Triglochin maritimum Rupp. crescit Upsaliis a mari per duodecim horas remotis, tamen specie eadem; quis dicet plantam maritimam nasci Uspaliis; nec crediderat hoc *Martinus* noster.

Sium aquaticum vidimus multoties in siccis hortis vigens & flores, tamen non magis species diversa, quam auceps & piscator.

Empetrum montanum crescit in montibus & paludibus.

Ex hisce constat vanas esse omnes differentias a regione & solo petitas, cum hæ variant & inconstantes sint.

O Bone Deus! quot plantarum species distinxerunt Botanici nota culturæ, sativas, domesticas, hortenses quam infinitas dixere, licet sana ratio mere talem concipiat nullam; omnes enim plantæ in loco natali spontaneæ sunt, in hortis Botanicis vero sativæ.

Quid *vulgaris*, *&* *spontanea* aut *peregrina* sit, quid *communis*, quid *rara*, patet sano ex dictis, cum in his nulla nota constans, sed accidentalis & respectiva tota.

Cur Angli in verbum *Nostras*, magis quam alia natio ulla,

proclives sint, me nescire fateor; confer Raji, Plukenetii, Morisoni, Petiveri nomina specifica de plantis rarioribus Angliæ, & observabis ita tamen esse.

α. a Solo.

Valeriana *sylvestris.*
——— *palustris.*
——— *campestris.*
——— *montana.*
——— *alpina.*
Mentha *arvensis.*
——— *aquatica.*
Alsine *nemorum.*
——— *pratensis.*
——— *littoralis.*
Vicia *segetum.*
——— *sepium.*
——— *dumetorum.*
Glaux *maritima.*
Sedum *rupestre.*
Muscus amans *uvida.*
Erysimum juxta *muros.*
Erinaceus in *strobilis pini.*
Fungus in *tabellis areolarum hortorum.*

β. a Frequentia.

Oenanthe	*rara* Rd.
Hyoscyamus	*peregrinus.* Rd.
Clematis	*peregrina.* C. B.
Apocynum	*peregrinum* Br.
Valeriana	*hortensis.*
Asparagus	*domestica.*
Rapa	*sativa.* C. B.
Scabiosa	*communior.* I. B.
Hydrocotile	*vulgaris.*
Echium	*vulgare.*
Ocymum	*vulgatum.*
Muscus	*vulgatissimus.* C. B.

γ. a Regione.

Sagittaria	EUROPÆA. Mor.

Acrosticum	Septentrionalium.
Orchis.	*Lapponensis.* Rd.
Calceolus mar.	Lapponum. Rd.
Pinguicula	Lapponum. Rd.
Orobanche	*Sueonum.* Rd.
Pentaphylloides	Suecicum. Plk.
Bugula	Suecica. Mor.
Orobanche	Fundboënsis. Rd.
Acetosa	*Moscovitica.* Mor.
Enneadynamis	*Polonorum.* Ges.
Cochlearia	*Danica.* C. B.
Cytisus	*Germanicus.*
Gramen mar.	Borussorum.
Cytisus	Ratisbonensis.
Tataria	Hungarica. J. B.
Olea	Bohemica.
Chamæpitys.	Austriaca.
Cirsium	Pannonicum.
Rosa	*Belgica.* C. B.
Cochlearia	Batavica. Hr.
Cochlearia	*Britannica.* Dod.
Cochlearia	Anglica.
Geranium	Lancastriense.
Erica	Cantabrica.
Virga aur.	Cambrica.
Ligusticum	Scoticum.
Tithymalus	Hibernicus.
Pulmonaria	*Gallica.*
Circœa	Lutetiana.
Aparine	Parisiensis.
Anagallis	Gallo-provincialis.
Tamariscus	Narbonensis.
Alypum	Monspeliensium.
Thymbra	*Hispanica.*
Alsine	Bœtica.
Chrysanthemum	Valentinum.
Juncaria	Salmanticensis.
Phelypæa	Lusitanica.
Elephas	*Italica.*
Iris	Florentina.
Lapathum	Bononiense.
Chondrilla	Foro-juliensis.

Hieracium	Genevense.
Thapsia	Romana.
Kali	Neapolitanum.
Genista	Ilvensis.
Thlaspidium	Apulum.
Bulbocodium	*Græcum.*
Chamærhododendros	Pontica.
Salicornia	Cretica.
Ranunculus	Lesbius.
Brassica	Thracica.
Apocynum	Bithynicum.
Plantago	Chia.
Lithospermum	Delium,
Fungus typh.	Melitensis.
Scrophularia	Ephesia.
Atractylis	Cyprica.
Linaria	Patmia.
Phlomis	Samia.
Aster	Atticus.
Polium	Smyrnæum.
Ranunculus	ASIATICUS.
Fragaria	Orientalis.
Ranunculus	*Turcicus.*
Androsæmum	Constantinopolit.
Alcea	*Syriaca.*
Cyperus	Babylonicus.
Nux	Macedonica.
Avellana	Byzantina.
Iris	Chalcedonica.
Iris	Damascena.
Lilium	*Persicum.*
Stœchas	*Arabica.*
Rosa	Hierichuntea.
Acacia	Mesopotamica.
Alcea	Javanica.
Apocynum	*Malabaricum.*
Hydrocotyle	*Zeylanica.*
Narcissus	*Japonicus.*
Urena	*Sinica.*
Moly	AFRICANUM.
Hyacinthus	Tripolitanus.
Ferula	Tingitana.

Populus	Lybica.
Arum	*Ægyptiacum.*
Solanum	*Guineenſe.*
Hyacinthus	Mauritanus.
Jacobæa	*Monomotapenſis.*
Fritillaria	Capitis Bonæ Spei.
Fabago	Capenſis.
Ricinus	AMERICANUS.
Virga aur.	Novæ Angliæ.
Serratula	Noveboracenſis.
Geranium	Carolinum.
Rhus	Virginianum.
Saxifraga	Penſylvanica.
Solanum	Bonarienſe.
Virga aur.	Marilandica.
Phaſeolus	Barbadenſis.
Solanum	Bahamenſe.
Muſcus	Floridanus.
Granadilla	Surinamenſis.
Fragaria	Chiloënſis.
Phaſeolus	Mexicanus.
Filix	Braſilienſis.
Sanicula	Canadenſis.

265. Tempus *florendi vegetandique maxime fallax eſt differentia.*

Tempus plantarum florendi cum plantis inſcriptum non ſit, nec in differentia aſſumi debet.

Verum quidem eſt, magnum plantarum numerum certum quoddam obſervare florendi, excreſcendi, marceſcendique tempus, e. gr. *Africanæ* plurimæ florent ſero autumno; *Alpinæ* plurimæ florent primo vere: attamen cultura & has, & alias, eluſit plantas, vernales autumnales, uti & autumnales vernales eſſe docuit.

Quid Regio faciat ad tempus florendi, nulli non conſtat. e. gr. *Aconitum hyemale* vulgi, & *Daphne* florent *Lugduni Bat.* menſe Februario, *Upſaliæ* vero Aprili.

Viola martia & Caltha paluſtris in Belgio florent menſe *Martio*, in Scania *Aprili*, in Uplandia *Majo*, in Lapponia menſe *Junio.*

Betula vulgaris floret menſe *Aprili* in Belgio, *Majo* in Suecia, *Junio* in Lapponia.

Colchicum autumnale, quod omni autumno in Europa floret, tranſtuli in *Lapponiam*, ubi primo anno floruit menſe *Auguſto*, altero & tertio *Junio*, nec fructum produxit, id eſt, vernum factum fuit.

Sunt & plantæ plures, quæ certum tempus diei, certaſque horas in florendo obſervant: e. gr. Die ſereno exiſtente, Soleque lucente, florent innumeræ; ſi vero tempeſtas oriatur nebuloſa, & pluvioſa, mox corollas claudunt, ne farina genitalis combibatur a pluvia; eam etiam ob cauſam omni nocte clauditur maxima pars florum; dum recentes adhuc ſunt; at peracta ſemel Venere, nec pluvias, nec noctes curant. Sic Sole orbem illuminante florent *Tulipa*, *Leontodon*, *Montia*, *Convolvulus*. Alii flores autem tantum noctes Veneri ſacras faciunt, ut *Mirabilis*. Alii ſolas horas matutinas, ut *Tragopogon*. Alii ſolum meridiem, ut *Malvindæ* Dill. ſpecies unica; & *Bammie* Riv. Alii per unicum modo diem Veneri indulgent, ut *Tradeſcantia*, *Convolvulus*, *Mirabilis*, *Hemerocallis*, &c. Alii vero quamplurimos in eo tranſigunt dies. Has vero notas momentaneas cur aſſumemus pro fundamento diſtinctionum ſpecierum, ubi evidentiores infinitæ proſtant; hæc enim neglecta, nec obſervata hora, cur noſtrum receptum fundamentum eludatur?

Obvertant ſuos flores Soli, & excipiant ſolares radios *Tithymalus helioſcopius* C. B. *Succiſa* I. B. *Helianthus*, *Tragopogon*, *Piloſella*, & Flores fere omnes præſertim *flavi*; adſpiciam hunc eorum motum quaſi voluntarium cum oblectamento ſummo, inde tamen differentias ſpecierum non ſumam, cum evidentiores ubique obſervo.

Valeant itaque nomina ſpecifica deſumta a Tempore florendi, ſive ſit

Ab Anno.

Tulipa	*Præcox.*
Tulipa	Serotina.
Crocus	*Vernus.*
Ranunculus	Vernus.
Saxifraga	Verna.
Geranium	*Æſtivale.*
Aſter	*Autumnalis.*
Crocus	Autumnalis.

Colchicum *Autumnale.*
Aconitum *Hyemale.*

A Menſe.

Roſa *omnium Calendarum.*
Roſa Menſtrua.
Viola *Martia.*
Roſa *Majalis.*
Boletus *Julii* menſis.
Boletus *Auguſti* menſis.

Ab Horis.

Lychnis *Noctiflora.*
Althæa *Horaria.*
Malva *horæ undecimæ* Hort.

266. Color *in eadem ſpecie mire ludit, hinc in differentia nil valet.*

Nihil magis ſenſus noſtros per viſum ferit, quam color; hinc non mirum, quod oculi multorum ab eo toti capti fuere, ne dicam effaſcinati. Receptus fuit color primitus pro ſpecierum diagnoſi, at mox pro ſpecierum judice. Non poteſt enim planta hoc ævo præſertim, ejuſdem eſſe ſpeciei cum altera, floris ſolum colore diverſa, licet oculis non capti omnes videant *Mirabilem & Impatientem* in eadem planta centum producere diverſe coloratos flores. Obſtupeſco qua audacia, adplauſu, privilegio, dum videam, cæca empiria muniatur. Quæ vos dementia cepit? Nonne nos videmus in nobiſmetipſis, in Bubus, Canibus, Felibus, Suibus, in omnibus manſuetis Quadrupedibus & Avibus; in Serpentibus & Piſcibus: in Inſectis & Vermibus, omni die, quod mater producat fetum ſæpe ſæpius colore diverſum. Cuinam lateat teterrimi Anguis conſpicillo inſignitæ, colore proteo ipſo magis variabilis, luſus? quam *Seba* decies & ter depinxit, uti in Theſ. Tab. 85. fig. 1. Tab. 89. fig. 1. 2. 3. 4. Tab. 90. fig. 1. 2. Tab. 94. fig. 1. Tab. 97. fig. 1. 2. 3. 4. Hunc ipſi imputatis errorem. Sed quid de Vobis apud poſteritatem futurum cenſeatis, Vos quot Volumina nominum ſpecificorum a colore deſumtorum conſcripſiſtis? Quantam æris molem deſtruxiſtis ſuperfluis iconibus; & quantum

pecuniæ ſolo colore (an hoc fraude ?) ex aliena crumena ſeu emtorum elicuiſtis ? Qua in re Vos Anthophilis judicio præferam ? Anthophili attentius colores diſtinguunt, licet limites, vel ultimam metam nunquam attingant, nec vos attigiſtis. Vos hauritis aquam e mare, quod evacuabitis nunquam; Vobis nova omni die creatio!

Certum eſt, quod colores cærulei, rubri, purpurei, & violacei facillime tranſeant in *album*. Certum quidem etiam eſt, quod Flores *lutei* rarius mutent colorem, tamen exceptionem admiſere millies, & vel in ipſis compoſitis Floribus. Adeatis Hyacinthos, Tulipas, Pulſatillas, Ranunculos, Dianthos, Primulas, & diſcite ſapere, nec nimium credatis colori.

Si ejiciatur hoc colorum caducum principium, excluduntur omnes ſpecies falſæ, ſeu quæ aliam differentiam nullam ſubminiſtrant: hocque modo ab onere plurium millium fictarum ſpecierum liberi eſtis.

Dixere Botanici e. gr. *Campanulam flore albo*, perſuaſi ſe egregiam præſtitiſſe differentiam ſpecierum, licet vix ulla Campanula flore albo ſit, neque ſpeciei alterius varietas. Riſum quis tenuit, cum Hortulanos audiverit *Campanulam cæruleam flore albo* dicentes, id eſt *flore cæruleo flore albo*; attamen hi, tam abſurdi, ſapientiores illo fuere, qui *Campanulam flore albo* dixerat, illi enim agnoverunt colorem naturalem cæruleum; hic vero non.

Quid album ſit, quidque nigrum, non in me demonſtrare ſuſcipio: norit tamen hos colores quivis; quæro itaque ab omni viſu gaudente, num *Hyoſciamus*, *Verbaſculum*, *Jacea* ſint *nigræ* plantæ, & *Bryonia alba*; mihi ſane virides hæ ſunt omnes.

Cum *elegantia* & pulchritudo maxime e colore concludatur; ſpecifica nomina ab ea hic proponam. Pulcherrima erant objecta *Muſci* Dillenio, *Fungi* Michelio, *Gramina* Scheuchzero, *Lithophyta* Marſilio, *Filices* Plumiero, *Compoſiti* flores Vaillantio, *Umbellati* Moriſono; ſic ſuum cuique pulchrum eſt; & quot capita, tot de colore ſenſus; nulla hic univerſalis lex; nulla valet hic demonſtratio. Olim *Tulipa* pulcherrima Anthophilis erat, nunc *Hyacinthus* pulchrior.

Quod valet de coloribus in flore; valet & in fructu, in ſeminibus, in ramis, in radice. Quæ floribus variant albis, variant & ramorum ſuperiorum albidiore, vel pallidiore vireſcentia.

a Flore.

Primula veris flore *luteo.*
——— flore *rubro.*
——— flore *albo.*
——— flore *ferrugineo.*
Auricula urſi flore *coccineo.*
——— flore *purpureo.*
——— flore *violaceo.*
——— flore *variegato.*
Tulipa *verſicolor.*
Hyacinthus *non ſcriptus.*
Euphraſia *non ſcripta.*

a Fructu.

Melo fructu *luteo.*
Cucumis fructu *albo.*
Pepo fructu *variegato.*
Malus *maculis vitreis.*
Prunus fructu *atrocæruleo.*
Prunus fructu *flavo.*
Prunus fructu *cerei* coloris.

a Seminibus.

Papaver ſemine *albo.*
Papaver ſemine *nigro.*
Sinapi ſemine *rufo.*
Sinapi ſemine *luteo.*

a Radice.

Rapa radice *candida.*
——— radice *obſolete nigricante.*
——— radice ſupra terram *viridi.*
——— radice foris & intus *flaveſcente.*
Daucus radice *atro-rubente.*
——— radice *aurantii coloris.*
——— radice *lutea.*

a Planta.

Braſſica *viridis.*
——— *rubra.*
——— *alba.*
Bryonia alba.
Marrubium album.
——— *nigrum.*
Hyoſcyamus niger.
Verbaſcum nigrum.
Martagon *cruentum.*

a Foliis.

Agrifolium foliis ex *luteo variegatis.*
——— fol. ex *albo variegatis.*
——— fol. limbis & ſpinis *argenteis.*
——— *aureis.*
Salvia *tricolor* argentea.
Ocymum *maculatum.*
Eſula *punctis croceis* notata.
Malva foliis margine ſuperius *micis ſulphureis ad ſolem ſplendentibus* donatis. Moriſ.

a Pulchritudine.

Alypum ſ. Frutex *terribilis.*
Hyacinthus ſtell. *amœnus* C. B.
Cotula calyce *eleganti* T.
Gr. Cyperoides *elegans* Raj.
Filix ſaxatilis *elegantiſſima* H. R. P.
Campanula *pulchra* I. B.
Verbeſina flore *pulchriore* I. B.
Filix ſcandens *perpulchra* Br.
Poinciana flore *pulcherrimo* T.

267. Odor *ſpeciem nunquam clare diſtinguit.*

Sperandum quondam Botanicum eum eſſe, qui plantas viſu dignoſceret: ſed obſervo, quod niſi oder, ſapor, & tactus adſint, & quidem promtiſſimi, nil valeat Botanicus; Doleo eam ob cauſam iſtas nationes, quas morbus dirus, Pica ac

Malacia nasi dictus, ita infecerit contagioso Tabaci veneno, ut non modo olfactum debilitaverit, sed & nervos olfactorios densissimo obvelavit callo, ut nulla amplius supersit odoratus potestas.

Circa terminos artis in Botanicis ab odore desumtos certe res est maxime intricata, cum in odore tam paucas novimus species: *gratum & ingratum; remissum & intensiorem;* attamen in plantis longe plures observamus e. gr. in *Maro*, *Melissa*, *Myrica*, *Absinthio*, *Allio*, *Filipendula*, *Aro*, *Orchide*, *Nyctante*, *Polianthe*, *Camphora*, *Palmaria*, immo fere in singula planta ejusque flore diversum. Sed ubi hic limites reperiam? quomodo terminos definiam? qui enim *puero* nauseosus est odor, ille idem *Hystericæ* gratissimus. *Rusticus* pharmacopolium intrans ob aromatum odorem deliquescit, at admoto stercore vaccino naribus revivifcit.

Omnis odoris notitia sola *experientia* addiscitur, debet itaque, qui solo odore species distinguere velit, & omnes odores a Botanicis datos nosse, eosque experientia addiscere, ut sciat terminos suæ artis necessarios. Si debeat & prostitutæ libidinis scorta adire, ut addiscat, quem odorem istorum loculi, ex congesta impura illuvie, spirant, necesse est ut naso caveat, cum anguis lateat sub herba; vide *Lobelium* in Adversariis pag. 97.

Quid valet odore distinguere *Ocymum Caryophylli*, *Citri*, *Anisi*, *Fœniculi*, *Melissæ*, *Cinnamomi.*, *Styracis & Rutæ* odore, me superat odoris vi, ego potui has species omnes nunquam meo naso reperire.

Meum etiam nasum superat terminus iste Morisonianus de odore *medio modo odorato* in *Agrimonia.*

Ergo cum hic limites sint nulli, cum nulla demonstrabilis detur certitudo, cum odore varient plantæ, mihi non inserviet odor pro specierum distinctione, nec nomine specifico; adeoque assumam differentias ab odore nunquam; mihi enim arrident termini definiti & demonstrati, de quibus postea.

a Plantis aliis.

Ocymum *cariyophyllatum* C. B.
———— *citri* odore.
———— *anisi* odore.
———— *fœniculi* odore.
———— *melissæ* odore.

——— *cinnamomi* odore.
——— *rutæ* odore.
——— *ſtyracis* liqu. odore.
Orchis odore *Sambuci.*

a Speciebus odoris.

Hypericum *hircinum* Rd.
Orchis odore *hirci.*
Natrix odore *mithridatii.*
Melo *moſchatus.*
Agrimonia *medio modo* odorata. Moriſ.
Atriplex *vulvaria* de meretricum impuris loculis olens Lob.
Arbor *merdam* olens.

a Tempore.

Geranium *noctu* olens.
Heſperis *noctu* olens.
Caryophyllus *inodorus.*

258. Sapor *pro ratione manducatis ſæpe variabilis eſt, hinc* in *differentia excludatur.*

Idem quod de odore valet, valet & de ſapore, hinc unanimis mortalium conſenſus, quod de odore & ſapore non ſit diſputandum.

Alius nobis ſapor in teneris annis, dum ſolum dulcia placent; alius in decrepitis eſt, cum ſolum acriora ſalivam movent.

Plantæ ſimiliter omnes in *ſylvis* ſunt duriores, magis amaræ, vel auſteræ; ſed miteſcunt per *culturam*, dulcioreſque evadunt plurimæ.

Acerbi fructus Sylveſtres *Citri*, *Pyri*, *Mali*, *Meſpili*, *Ribes*, per culturam adeo miteſcunt, ut multi diverſas credant ſpecies.

Ingratum iſtud APIUM *paluſtre*, ſola cultura palatis noſtris adeo gratum redditur, ut *dulce Italis* dicatur.

ALLIUM apud nos adeo fœtens, in Græcia omnis fœtoris expers eſſe teſtatur *Sponius* itin.

CICHORIUM istud *sylvestre*, foliis sinuatis, amarum est, per culturam deponit pro magna parte amaritiem.

LACTUCA, *opii succo viroso* in sylvis, per culturam evasit gratissimus, & saluberrimus cibus.

Ergo variant sensus nostri & sapores; variant plantæ; hinc utrinque incertitudo, adeoque erronea nota in differentia omnis erit a sapore mutuata.

Idem valet & de *Auditu*; licet hoc sensus organum rarius a Botanicis in auxilium vocatum fuerit, uti in *Arbore crepitante*.

a Sapore plantæ.

Apium *ingratius.*
———— *dulce.*
Lactuca *opii succo viroso.*

a Sapore fructus.

Pisum cortice *eduli.*
Pyrus fructu *saccharato*, in *ore liquescente.*

Horrenda differentia.

Arum summis labris degustantes *mutos* reddens. *Sloan.*

269. Usus *differentiam Botanico vanam subministrat.*

Qui nomina plantarum specifica ab usu vegetabilis constituerunt, ignorasse videntur, quid sit nomen specificum, quodque primariam differentiam includeret. Usus enim & virtus plantarum plantæ inscriptus cum non sit, ita nec in oculos Botanophili incidit.

Annon & una eademque planta sæpe diversum det usum utenti pro diversa usurpantis volupe?

Qui vires medicinales plantæ nominibus inseruere, mihi etiam nimis videntur empirici; unum idemque medicamentum in vario morbo; subjecto, tempore, varium sæpe dat effectum.

Plantas prius nosse studendum, dein earum attributa, historias, & usus, nec ab usu plantas. Quis *Aconitum* primum observans sciat, utrum *venenatum* sit illud, an *salutiferum*,

certe experimentum in his periculosum esset ; quis *Solanum* examinans dicat, utrum sit *somniferum*, *furiosum*, vel *lethale* ; quæ attributa nunquam demonstrantur, nisi per usum, (si non vis credere, gusta) & tum admodum charo emeretur nomen specificum ; nil enim charius emitur, quam quod vita redimitur.

In Quadrupedibus, aliisque animalibus, vires medicamentorum experiri non semper valet per conclusionem ad homines ; Amygdalæ amaræ summa venena Canibus, Equis, Psittacis, &c. Quæ Animalia mox necant, a quibus tamen homines nullos mortuos, licet multos copiose eos assumsisse, noscamus.

Quid receptum magis in differentiis, quam officinalis usus. Hinc *C. Bauhinus & Rivinus* circa maximum plantarum officinalium numerum, vocabulum *officinarum* in nomine adposuerunt ; quid hoc ad notitiam plantæ? Quam multæ enim in una regione officinales sunt, in altera vero non ? non decet Botanicum Pharmacopeolas adire, ut ab iis addiscat plantas, sed a Botanico Pharmacopola instruatur, necesse est. Relinquo itaque sequentia, & similia nomina specifica.

a Pharmacopolio.

Agrimonia *officinarum*. C. B.
Euphrasia *officinarum*. C. B.
Sanicula *officinarum*. C. B.
Calamintha *officinarum Germaniæ*. C. B.
Martagon *alchymistarum*. Lob.
Hieracium *usuale*. Rd.

a Vita.

Solanum *lethale*.
Aconitum *salutiferum*.
Persea in *Perside noxia, vesca in Ægypto*. Pluk.

a Morbis.

Menyanthes *antiscorbutica*. Pluk.
Cannabina *lithontriptica*. Br.
Rhamnus *catharticus*. C. B.
Linum *catharticum*. Rupp.

Carduus

Carduus *sudoriferus* Moris.
Solanum *somniferum.* Vet.
Solanum *furiosum.* Vet.

ab Œconomicis.

Genista *scoparia.*
Rubia *tinctoria.*
Dipsacus *fullonum.*
Ricinoides ex qua paratur *Tournesol.* Gallorum. T.

a Diæta.

Pisum cortice *eduli.*
Pisa quæ simul cum *folliculis commeduntur.* Volck.

ab Historia.

Punica quæ *Malum Granatum* fert.
Cannellifera arbor *cortice ignobiliore,* cujus folium *Malabathrum* officinarum. Br.

270. Sexus *nullibi species diversas constituit unquam.*

Completa est generationis machina cum partes omnes appropriatæ una simul collocentur, ut in plantis plurimis, maximaque parte Regni vegetabilis, ubi Hermaphroditi fœcundi & fertiles ex maxima parte sunt incolæ; aliam & diversam legem imposuit Summus Conditor animalibus pluribus, quibus dimidiata concessit organa servanda, duo individua vota sua, ubi de propagatione ageretur, conferre jussit. Hinc sexus distinctus, *mas* & *femina*, uterque alterius auxilio destitutus, imperfectus; hinc *hi duo unum erunt.* Ut Regni Animalis incolæ maxima ex parte sexu distincti existunt, Mares sc. & Feminæ, sic & in vegetabili maxima incolarum phalanx Hermaphrodita: tamen multæ etiam occurrunt plantæ sexu distinctæ, Mares & Feminæ absolutæ dicendæ, uti omnes sub Diœcia constitutæ. Vide harum catalogum *a.*

Vana, erronea, nec perferenda est Veterum divisio plantarum ab alio, quam fructificationis desumto fundamento petita, hinc ejicienda, nec ferenda, uti *β.*

Nullus fuit Zoologus, qui unquam prætendit Mares & Fe-

minas esse distinguendas in duas species, & integrum fere Regnum animale duplicandum; Quis statuit unquam Canem a a Canicula, Taurum a Vacca, Gallum a Gallina distinctas & diversas esse species? ut hoc in Regno animali inconsultum esset, ita & in Regno Vegetabili æque insipidum, ubi eadem lex, & quidem absque methaphora, omnium oculis sese offert.

α. *Sexus distinctus*, vere, *a Natura.*

Vallisneria	*Mas.*	*Femina*	1 cum 3.
Salix	*Mas.*	*Femina*	1 ---- 2.
Osyris	*Mas.*	*Femina*	3 ---- 1.
Hippophaë	*Mas.*	*Femina*	4 ---- 1.
Anthospermum	*Mas.*	. . .	4 ---- . .
Myrica	*Mas.*	*Femina*	4 ---- 2.
Urtica	*Mas.*	*Femina*	4 ---- 1.
Pisonia	*Mas.*	*Femina*	5 ---- 1.
Pistacia	*Mas.*	*Femina*	5 ---- 1.
Spinacia	*Mas.*	*Femina*	5 ---- 4.
Cannabis	*Mas.*	*Femina*	5 ---- 2.
Humulus	*Mas.*	*Femina*	5 ---- 2.
Zanonia	*Mas.*	*Femina*	
Rhus	*Mas.*	*Femina*	5 ---- 3.
Alaternus T.	*Mas.*	*Femina*	5 ---- 1.
Smilax	*Mas.*	*Femina*	6 ---- 3.
Rumex	*Mas.*	*Femina*	6 ---- 3.
Tamus	*Mas.*	*Femina*	6 ---- 1.
Rajania	*Mas.*	*Femina*	6 ---- 3.
Populus	*Mas.*	*Femina*	8 ---- 1.
Croton	*Mas.*	*Femina*	15 ---- 3.
Laurus	*Mas.*	*Femina*	8 ---- 1.
Mercurialis	*Mas.*	*Femina*	9 ---- 2.
Hydrocharis	*Mas.*	*Femina*	9 ---- 6.
Nyssa	*Mas.*	*Femina*	10 ---- 1.
Carica	*Mas.*	*Femina*	10 ---- 1.
Kiggelaria	*Mas.*	*Femina*	10 ---- 5.
Coriaria	*Mas.*	*Femina*	10 ---- 5.
Cliffortia	*Mas.*	. . .	100 ---- . .
Aruncus	*Mas.*	*Femina*	100 ---- 3.
Juniperus	*Mas.*	*Femina*	4 ---- 3.
Taxus	*Mas.*	*Femina*	4 ---- 1.
Ephedra	*Mas.*	*Femina*	4 ---- 2.

Rufcus		*Maf.*	*Femina*	1 ---- 1.
Phœnix		*Maf.*	*Femina*	3 ---- 1.
Boraffus		*Maf.*	*Femina*	6 ---- 3.
Begonia		*Maf.*	*Femina*	100 ---- 3.
Polytrichum		*Maf.*	*Femina*	1 ---- 1.
Sphagnum		*Maf.*	*Femina*	1 ---- 1.
Rhodiola	*Hermaph.*	*Maf.*	*Femina*	8 ---- 4.
Chamæropf.	*Maf.*	*Hermaph.*	*Feminea*	6 ---- 3.
Morus	*Maf.*	*Femina*	*Hermaph.*	4 ---- 1.
Empetrum	*Maf.*	*Femina*	*Hermaph.*	3 ---- 1.
Fraxinus	*Maf.*	*Femina*	*Hermaph.*	2 ---- 1.

β. Sexus diftinctus, male, *a Botanicis*.

Anagallis	*Maf.*	&	*Femina*
Ariftolochia	*Maf.*		*Femina*
Abrotanum	*Maf.*		*Femina*
Abies	*Maf.*		*Femina*
Amaranthus	*Maf.*		*Femina*
Balfamina	*Maf.*		*Femina*
Caltha	*Maf.*		*Femina*
Ciftus	*Maf.*		*Femina*
Cornus	*Maf.*		*Femina*
Crifta galli.	*Maf.*		*Femina*
Ferula	*Maf.*		*Femina*
Filix	*Maf.*		*Femina*
Mandragora	*Maf.*		*Femina*
Nicotiana	*Maf.*		*Femina*
Orchis	*Maf.*		*Femina*
Pæonia	*Maf.*		*Femina*
Pulegium	*Maf.*		*Femina*
Quercus	*Maf.*		*Femina*
Symphytum	*Maf.*		*Femina*
Tilia	*Maf.*		*Femina*
Veronica	*Maf.*		*Femina*

271. Monftrofi *Flores & Plantæ omnes a Naturalibus originem trahunt.*

Omnes fpecies originem familiæ fuæ primum ab ipfiffima Omnipotentis Creatoris manu numerant; creatis enim fpeciebus æternam legem generationis & multiplicationis intra fpeciem

propriam imposuit Naturæ Autor rebus. Concessit quidem externum sæpe lusum, at methamorphosin ex una in alteram speciem nunquam. Hinc duplices hodie inter plantas differentiæ; alia vera, Sapientissima manu Omnipotentis producta diversitas; alia vero, ludentis naturæ, in externa crusta varietas. Seratur Hortus mille diversis seminibus, accedat Hortulanorum diligens cura in producendis monstris, & post annos aliquot continebit sex millia varietatum, quas Botanicorum vulgus species dicit. Ego itaque distinguo species Omnipotentis Creatoris seu veras, a varietatibus Hortulanorum monstrosis; istas ob Autorem maximi facio, has ob autores respuo. Istæ persistunt, & perstitere cum mundo; hæ, ut monstra, brevi gaudent vita.

Monstra ista variegata, multiplicata, plena, prolifera, gigantea luxuriant, & aspicientium oculos Protea varietate fascinant, quamdiu Hortulani idolo suo quotidiana faciant sacra, neglectis his in cassum ruunt hæ ludentes umbræ. Hinc *Virgilius* Georg. I.

Vidi lecta diu, & multo spectata labore
Degenerare tamen: ni vis humana quotannis
Maxima quæque manu legeret: sic omnia fatis
In pejus ruere, ac retro sublapsa referri.

Persistant, si placeat in Hortulanorum sistematibus; at e sani Botanici systemate rejiciantur plantæ omnes floribus multiplicatis, plenis, proliferis, ut monstra abortientes.

Abortientes.

Tragopogon *abortivum* Loel.
Scorzonera *pulveriflora* T.

272. Hirsuties *facillime fallax est differentia, cum sæpe cultura deponatur.*

Si alia manifestior & certior detur in planta differentia, ad hirsutiem aufugere nefas esse judico, ni alia species tota glaberrima sit, altera vero admodum hirsuta, nec in his unquam observatum species deposuisse villositatem.

Quamplurimæ plantæ, prima qua e seminibus, radice vel

gemmis erumpunt tempeſtate, hirſutiſſimæ ſunt, ut *Fagus*, & aliæ, quæ adultæ, totæ glabræ evadunt.

Heliocarpos, nuper enata arbor, folia gerit malvæ inſtar tomento obducta, at poſt aliquot annos, & dum adoleverit, tota glaberrima eſt.

Triumphetta, dum e ſemine enaſcitur, Heliocarpo adeo ſimilis eſt, ut vix diſtingui queat, at in hac adulta indurantur villi, & hiſpida evadit planta.

Perſicaria amphibia Pluk. in *aquis* nata, folia nitida, glaberrimaque gerit; in *ſiccis* vero hiſpida, obſcura.

Aſperula ſylvatica Rupp. in *ſylvis* folia villoſa producit, in cultis hiſpita.

Acinos Riv. in *aliis locis* erecta, in *aliis* procumbens eſt; in *aliis* foliis glabris, in *aliis* læviſſimis variat.

· *Succiſa* I. B. in *apricis* foliis glabris ſe offert, in *ſatis & umbroſis* vero foliis hirſutis.

Coronopus hortenſis & *maritimus* in locis *humidis* folia lævia & integra; in *ſiccis* folia hirſuta & dentata profert. *Pluk. alm.* 239.

Martagon ſylvaticum Rupp. totum hirſutum eſt, at hirſutiem per culturam deponit. *Rupp. jen.* 119.

Alchemilla foliis ſimplicibus Fl. lapp. 66. in *apricis* & *ſiccis* glabra, procumbens, flaveſcens; in *ſpongioſis umbroſis humidiuſculis* erecta, patula, & hirſuta obſervatur.

Septentrionales plantæ plures hirſutiem & pelles quaſi induunt, ut *Comarum*, quod *Pentaphylloides paluſtre rubrum*, CRASSIS & VILLOSIS FOLIIS, SUECICUM & HIBERNICUM Pluk. & Bugula *non crenata tomentoſa Suecica.* Pluk.

Ceraſtia in *alpibus* lapponicis ſæpius hirſutiſſima, rarius, ut in *Hortis* noſtris, lævia occurrunt.

Quod de hirſutie valet, valet & de ſpinis, aculeis, & aliis plantarum armaturis.

Quid Cultura faciat, & quam miro modo ferociſſima animalia domet, nulli non notum eſt; exempla demonſtrantia produnt incultæ barbaræ nationes collatæ cum cultiſſimis. *Urus* in ſylvis horrendæ inſtar feræ, & indomabilis animalis graſſatur cornibus; fronteque torvo eſt, & rugoſo: ſpecie tamen non differt a Bobus noſtris manſuetis, ſed tantum cultura: imo longa dies docuit homines domare Leones, Urſos, Tigrides, Canes; horrenda iſta animalia, manſueta per culturam & innoxia facta.

Uti Urus per culturam obliterat frontis rugos, cornuumque

acumina; uti homines politiſſimi facie ſerena a ſylveſtribus, torvis, & ſuſpectis differunt; ſic etiam plantæ. e. gr.

Gichorium in *ſylveſtribus locis* gaudet foliis acute ſinuatis & dentatis, in *ſatis* vero ſinus hos obliterat. Quo magis dentatum eſt (in *ſylveſtribus*), eo amarius, ingratius; quo minus (in *cultis*) eo & minus amarum, & palato acceptius eſt.

Pyrus, Citrus, Limon, Aurantium, Meſpilus, Oxyacantha, Croſſularia, Cynara, &c. in *ſylvis* ſpinoſiſſimæ plantæ, & fructum acerbum, vel auſterum, vel acidum, vel amarum producunt; in *hortis* cultæ ſpinas deponunt, fructu miteſcunt, ſuaviſſimæque evadunt.

Caute itaque ab his deſumatur differentia, ne eludat Botanicum locus.

273. Duratio *ſæpe magis ad locum, quam ad plantam pertinet; in differentia itaque eam adhibere non arridet.*

Certe mihi non arridet in differentia ſpecifica durationi & ætati plantæ locum concedere, ſi ſufficiens alia exiſtat ulla. Non nego, quin inter herbas & arbores ſæpe ſæpius ſufficientiſſima intercedat nota, ni ſuffrutices & frutices in eodem genere has notas per gradus aſcendere faciant; quod ſi fiat, minime admittendum eſt durationis ſignum.

Annuas inter, & perennantes radice plantas ſufficiens non intercedit nota ſpecifica. Plurimæ enim plantæ ſpontaneæ perennes ſunt, at in hortis cultæ annuæ evadunt: uti *Beta, Majorana.*

In calidis regionibus quam plurimæ dantur plantæ radice ſæpius perennantes, quæ apud nos Europæos, præſertim ſeptentrionales, annuæ ſunt omnes; uti *Mirabilis, Tropæolum.*

Dantur & in calidis regionibus, vel hybernaculis ſervatæ, plures plantæ ſuffruteſcentes, quæ, noſtro aeri commiſſæ, annuæ ſunt, uti *Nicotiana, Majorana.*

Quamplures plantæ per plures annos hyemis noſtræ violentiam ferunt, calidæ adhuc Virgines: at defloratæ ſemel, nec natura, nec arte ulla frigidæ mortis faucibus eripi poſſunt, uti Muſa, Ricinus, Malva, Dianthi, Lychnides, &c.

Hinc ſapiens ſciat, in quibus familiis locum durationi concedat; & in quibus non: Et quod, ſi ſufficientes aliæ notæ, nec maxime evidentes, hæ ab ætate petitæ, durationi locum in Differentia non concedat doctus Botanicus.

274. Multitudo *plantæ sæpe loco mutatur.*

Idem & sentiendum de notis specificis a multitudine plantæ petitis, ac his, quæ per culturam variant.

Trifolium, *quadrifolium hortense* C. B. nil differt a trifoliato magis, quam homo sex digitis ab alio.

Plicatæ evadunt plantæ, si plures caules excrescentes per angustiam exire cogantur; sesque tangant mutuo, & connascantur, qualia exempla vel casu, vel arte, videmus quotidie in *Tragopogone*, *Cichorio*, *Scorzonera*, *Asparago*, *Hesperide*, *Beta*, *&c.*

Crispæ evadunt plantæ per culturam, forte ob nimium nutrimentum, nimiamque expansionem folii: hinc male a non crispis distinguuntur hæ.

Angustifoliæ & Latifoliæ solo loco differunt, ut *Pimpinella Fl. lapp.*

Erectæ a *Procumbentibus* maxime quidem differunt, & notam præbent optimam, modo caute desumatur ab his differentia: omnes enim plantæ in ALPIBUS enatæ procumbentes sunt. extra eas licet erectæ surgant, uti *Betula.* Plantæ plurimæ extra AQUAS erectæ, in aquis procumbentes & natantes evadunt, uti *Persicaria*, *Gramina*, *Potamogeton*, *Sparganium.*

Hinc has dum assumimus notas, caute id agamus opus est.

Plicatæ.

Carduus monstrosus, figura *cornu copiæ.* C. B.
Asclepias af. aiz. folio *compresso digitato* & *cristato* B.

Crispæ.

Cichorium *crispum.* T.
Lactuca *crispa.* C. B.
Tanacetum foliis *crispis.* C. B.
Sphondylium *crispum* I. B.
Nasturtium *crispum* I. B.
Apium *crispum* C. B.
Ocymum *crispum* C. B.
Ocymum foliis *bullatis.* C. B.

275. Radix *differentiam sæpe subministrat : ad eam tamen, nisi omnes aliæ interclusæ sint viæ, non confugiendum est.*

In antecedentibus de notis lubricis & erroneis mentionem fecimus : progredimur vero nunc ad istas plantarum partes, quæ certiores subministrant, inter quas prima pars plantæ radix est.

Radix, secundum suas species (de quibus agedum in Philosophia Botanica §. 275.) certas & fundamentales offert notas : modo agatur de ejus structura, non vero duratione, §. 273.

Si vero alia, in planta, æque certa existat nota, ad radicem non confugiendum, ob incommoda inde futura Botanicis :

α. Non enim licet semper eradicare plantam ; præsertim rariorem, quæque inde facile periret.

β. Nec commodum foret semper secum instrumentum portare, quo evelleretur.

γ. In aquaticis & paludosis plantis difficillime eximeretur radix.

δ. In Herbariis vivis radix vix sine summa difficultate & deformatione adglutinari potest.

ε. Nec in vivis plantis conspectum nostrum incurrit radix, ut reliquæ plantæ partes.

Hinc, quo quid facilius impetratur, eo gratius : necessitati tamen lex nulla posita est.

Scillæ species vix ulla alia nota, tam certo distinguuntur, ac a radice.

Fumariæ bulbosæ a reliquis radice certissime distinguuntur : huic tamen notæ longe præfero calycis absentiam ; FUMARIA *radice cava major* C. B. bracteis integris gaudet, & *Fumaria bulbosa radice non cava major* C. B. bracteis incisis notatur; hinc a bracteis æque certo, ac a radice, desumeretur differentia, nisi *Fumaria bulbosa radice non cava minor* C. B. hunc bractearum usum rejiceret.

276. Trunci *notæ differentias sæpe optimas dant.*

Trunci varias qui examinat species, F. B. 82, observabit vix dari in plantis notam ullam, hac magis evidentem & perspicuam ; attamen uti truncus pauciores producit species, ita & rarius inserviet ; e. gr. LUPINUS *caule composito.*

277. Folia *elegantissimas naturalissimasque differentias exhibent.*

Nulla pars in planta existit, quæ magis plantæ faciem, quam ipsa folia, diversam reddunt, nec est pars plantæ ulla, quæ tam varias subit species, ac folia; hinc assevero, quod a foliis desumtæ differentiæ, sint & facillimæ, & evidentissimæ, & copiosissimæ, & certissimæ: imo tanta in his latet diversitas, ut non modo audeam statuere, quod maxima pars specierum solis foliis distingui possit, sed & ferme persuasus sum, quod omnes Herbæ & Arbores, & Filices & Musci, & Lichenes possent solis foliis, si accuratius institueretur examen, dividi, exceptis forte ab his solis Culmiferis.

Foliorum species, uti multæ admodum, simulque maxime necessariæ, primum erit Tyronis accurate distinguere, verasque istarum definitiones tenere; simulque examinare omnia folia quam attentissime; latent enim adhuc species infinitæ, nec nominatæ, nec definitæ; latent in his glandulæ nectariferæ, & aliæ partes a paucis, ne dicam nullis, Botanicis in usum vocatæ.

De his plura in Philos. Bot. §. 83. ubi definitiones tradam.

278. Fulcra *communiter optimas differentias relinquunt.*

Fulcrorum species §. 84. recensuimus; quibus addenda est adhuc species unica, quam *Stipulam* dicimus; partem plantæ in maxima vegetabilium parte obviam, nec nomine nec charactere, (quod miror maxime) adhuc dum insignitam, adeo licet necessaria & inevitabilis in nomine specifico, ut practicum ea destitui non posse judicemus.

Horum certos sibi acquirat studiosus characteres, & æquivocos artis terminos evitet ubique; examinet dein hæc attente in speciebus omnibus, nec excludat unquam ea in descriptione ulla; Hæc enim species diversas distinguunt, at easdem conjungunt certissime; per has videbit infinitas observationes, alios quæ latebunt semper.

Caveat ne confundat Folia florifera & Bracteas Tyro, Bracteas ne misceat cum Stipulis, neve Pedunculos cum Petiolis.

279. Fructificationis locus *maxime realis est differentia.*

Fructificationis situs, vel locus in planta itidem primarias

ſæpius tradit differentias, imo tanta eſt, ut & *Rajani* & *Riviniani* hujus ob cauſam genera ſeparanda ſtatuerint. Concedam, quod in ſpeciebus inter primas locum teneat Situs: tamen in generibus determinandis non aſſumi poſſe demonſtrabitur mechanice per appropriatas ſpecierum definitiones in §. 85. dandas, &, quomodo ſe invicem excipiant ſpecies Situs fructificationis, omnibus ante oculos ponam.

280. A Partibus Fructificationis, *niſi ſumma cogat neceſſitas, nulla expoſcenda eſt differentia.*

Abſit, quod ullus credat me reſpuere; & imperfectas judicare differentias a partibus fructificationis mutuatas, ſed longe aliter ſciat me perſuaſum eſſe, vix unquam certo ullum ſpecies a varietatibus diſtinguere & dijudicare, qui fructificationem attente non examinaverit. Variant quidem fructificatinois partes, æquæ ac aliæ, attamen in ſola fructificatione tot continentur partes differentes numero, figura, proportione, & ſitu, ut vix tot in tota reliqua planta. Omnis fructificatio gaudet ſua eſſentiali nota generica, licet a nobis non ſemper primo intuitu obſervetur. Omnis fructificatio etiam certam & eſſentialem producit notam ſpecificam, uni, non pluribus ſpeciebus communem. Felix eſt, qui ſpecificas notas & genericas diſtinguere potuit; felix, qui eſſentiales reperit.

Nomina ſpecifica in *Hyperico* fruſtra elaborare conatus ſum, uſque dum fructificationem adgrediebar. Varietates ſpecierum multæ ſunt in Gentianis, & Hypericis. Neglecta fructificatione in his, fluctuabit Botanicus incertus ſemper.

Velim autem, ne quis ad fructificationem, nulla urgente neceſſitate, confugiat, cum flores & fructus brevi, in plurimis vigeant, attamen ſemper plantas noſſe noſtrum erit ſtudium. Si folia, quæ durant, quæ priora & poſteriora erunt, ſufficientes & evidentiores dent differentias, cur ab his non ſumatur nomen ſpecificum? Accuſant dein nos nimiæ ſubtilitatis iſti nimis obtuſi Botanici, qui examinare fructificationis partes nec volunt, nec poſſunt.

Exempla nominum ſpecificorum a radice, trunco, fulcris, foliis & fructificatione deſumtorum recenſere heic loco ſuperſedebo, cum ea in Horto Cliffortiano reperiet Botanicus.

281. *Notæ* genericæ *in differentia usurpatæ, absurdæ sunt.*

Tyro, qui primum fructificationis examinare adgreditur partes, reperiet tam multas, tamque infinitas notas singulares, ut nullum ante se flores inspexisse crederet; hinc ipsi primum tot nova genera fere, quot sunt species; at cum aliquot in suo examine transegerit annos, primum notas essentiales genericas reperiat, easque distinguere incipiat: tumque in aliud extremum facile labitur, deque omnibus dubitat. Si vero in eodem genere ipsi unica modo offeratur species, incertus hærebit, quo natura vergit: at ubi plurimos dissecuit flores diversarum specierum, certior ipsi datur via. Caveat, ubi pauciores sui generis species viderit, a fructificatione differentiam elicere, ne characteristicas generum specificis misceat notas.

Veteres, qui characteres genericos a fructificatione desumtos ignorarunt, sæpe a fructificatione notas genericas in differentia tradidere, hoc magis, ut differentiam aliquam dedisse viderentur, quam ut differentiam veram præstarent: differentia enim distinguat species; non genera. e. gr.

Jacea *capitata* & *squamata*. I. B.
Anthyllis *leguminosa*. I. B.
Polygala *siliculosa tetrapetala bicapsularis*. Mor.
Aponogeton *staminibus singularibus*. P.
Apocynum *fl. umbellatis, petalis reflexis, siliquis folliculatis*. Herm.
Guajacum *aceris s. bursæ pastoris fructu*. Br.
Fontinalis *capitulis in foliorum aliis sessilibus*. R. S.

282. *Differentia omnis e* Numero, Figura, Situ, & Proportione *variarum plantarum partium necessario desumatur.*

Diximus in antecedentibus, quæ notæ fallaces sint scilicet *magnitudo* §. 260. *notæ collatitiæ* §. 261. 262. *locus* §. 264. *tempus* §. 265. *color* §. 266. *odor* §. 267. *sapor* §. 268. *usus* §. 269. *sexus* §. 270. *monstrositas* §. 271. *hirsuties* §. 272. *duratio* §. 273. *multitudo* §. 284. Hic autem uno verbo, quæ certæ & fundamentales: *numerus* scilicet, *figura*, *situs*, & *proportio*, quatuor hæc fundamenta mechanica, quæ ut in generibus omnem certitudinem relinquunt, sic & eandem in specificis.

Ex hisce quatuor dependet externa structura plantæ, qua

una nobis ab aliis diverſa repreſentatur. Has notas, non alias, repreſentamus in iconibus. Has conſervamus in Herbariis vivis: reliquæ omnes accidentales eſſe poſſunt. Hæ non dimittunt Lectorem incertum & dubium; Hæc verba ſunt ponderis & valoris. Hæ petræ inſtar fundamentum ſternunt artis; & *Structa ſuper lapidem, qui ruet iſta domus?*

Omnia enim, quæ in iconibus repræſentamus, dictis quatuor fundamentis innituntur; icon tanquam in ſpeculo plantam repræſentat; verba itaque hæc nobis eaſdem reddunt ideas ac figura, adeoque omnia hiſce quatuor exprimere debemus.

Nullam itaque in ulla plantæ parte notam; quæ non ad unum ex hiſce quatuor referri poteſt attributum, aſſumimus pro perfecta & certa.

283. *Ne* varietas *loco ſpeciei ſumatur, ubique cavendum.*

Figura, numerus, proportio, & ſitus dant nobis puras ideas, nec fallunt conceptum noſtrum unquam; has dum fundamenti loco aſſumimus; neceſſe eſt, ut eas partibus applicemus certis, nec variantibus; variat quidem figura, numerus proportio, & ſitus in plantis, licet rarius, non tamen omnes ſimul, nec in omnibus plantæ partibus ſimul; variant, licet minus, quam reliquæ omnes, licet minus quam ut inde ſtructura differens evadat. Hinc duplex eſt Botanici officium in differentia, ut ſcilicet varietates a ſpeciebus diſtinguat, utque in diſtinctis ſpeciebus notas convenientes certis verbis exprimat.

Varietatum infinitum chaos ortum puto a juſta minus, & non ſatis accurata, quæ neceſſaria admodum erat, inſpectione vivarum plantarum, earundemque indole. Auſtrali cum referatur Lepores per Sueciam omni hyeme albos evadere, in Hollandia vero non, diverſam credit eſſe ſpeciem, at dum utrumqne inſpexerit animal, ejuſque mores, nec hæc amplius ſentit. Cum primum Oves Anglicanæ dictæ in Sueciam tranſferebantur, pro diverſa ſpecie habitæ fuere, quum lana longiore magiſque criſpa, cauda productiore, & cornuum abſentia differrent a Suecicis. Sic & Oves cornibus quaternis vel ſenis a vulgari, in Belgium allatæ, diverſæ putatæ ſunt, at dum annos aliquot tranſegere, ſe in omnibus ſimiles reliquis, quoad reliquas partes, præſtitere, ut nullus amplius ſpecies crediderit diverſas. Sic Botanicus, qui magis adſuetus fuit tractare Herbaria, quam vivas plantas, putat minimam

differentiam diverſæ ſpeciei notam eſſe, at qui campos peragravit, difficilius nova reperiit. Item qui plantas hortenſes tantum colunt, ubi plantæ mutantur ſæpe, credunt communiter ſe plures poſſidere ſpecies, quam reipſa habent, ſi ſpontaneas inſpicere minus curent.

Ad multiplicationem ſpecierum evitandam, nulla aptior certiorque datur methodus, quam 1. examen attentum omnium partium plantæ, præſertim fulcrorum. 2. Fructificationis, quoad omnes partes, accuratiſſima inſpectio. 3. Ex collatis ſpeciebus differentiæ manifeſtiſſimæ inquiſitio; natura enim non facit ſaltus, ſed communiter eadem methodo in eodem genere utitur. 4. Poſitis ſpeciebus (pro diverſis habitis) ſub alio & proximo genere, aperitur affinitas vel diverſitas, ſi unquam. 5. Cultura in diverſo ſolo immutat ſæpe per culturam tranſmutatas ſpecies.

284. *Nomen genericum ſingulis ſpeciebus applicari debet.*

Uti differentia ſpecies ejuſdem generis inter ſe diſtinguit, ſic & nomen genericum ſuum genus ab omnibus generibus aliis ſeparat, adeoque ſolo nominato genere deſcendo per clavem ſyſtematis, claſſem, ordinem, ad proprium genus; quod ſi vero omittam nomen genericum, ex prolato nomine ſpecifico nulla mihi idea generis, nec nominis ſpecifici uſus, cum incertus hæream, quot ſpecies diſtinguat differentia.

Convenere Syſtematici in hac ſententia omnes. Moriſonus autem, & Rajus hoc minus neceſſarium judicaverunt. vide pag. 8.

Nomen genericum idem valet in foro Botanico, ac nummus in republica, qui pro certo prætio accipitur, nec docimaſtæ examine opus habet, quoties recipiatur ab altero, dum ſemel in republica innotuit.

STOECHAS. Raj. hiſt. 280.
1. *Stœchas* citrina germanica, latiore folio.
2. *Chryſocome* æthiopica, plantaginis folio.
3. *Helichryſum* abrotani feminæ foliis.
4. *Elichryſum* creticum.
5. *Stœchadi* citrinæ alteri inodoræ Lobelii affinis.
6. *Gnaphalium* montanum album.

Qui unum ex hiſce audiret nominibus, non ſciret, ſub

quo genere ſpeciem reperiret, cum anſam nullam communicet. Quid nomen genericum ſine genere, ſpecificum ſine ſpecierum differentia?

285. *Nomen* Specificum *ſemper* ſequi *oportet Genericum.*

Sic omnes Syſtematici, & facile omnes Botanici voluere quodcunque primam diviſionem facit, primum dari debet adeoque & nomen genericum, antequam ſpecificum traditur meum eſt ſcire, antequam diſtinguo aliquid, quid diſtinguendum ſit; adeoque genus, quod in partes per differentian dividitur, antequam ſpecies tangam.

LOBELIUS præſeriim, minus, quam reliqui Botanici hanc regulam obſervavit. e. gr.

montana *Scabioſa* calidarum regionum. Lob.
minus *Heliotropium* repens. Lob.
ponticum *Rha* antiquorum. Lob.
Mathioli ſecundum *Limonium*. Lob.
Narbonenſium *Dorea* quaſi aurea perperam Doria. Lob.
aquatica *Plantago* foliis betæ. Lob.
minus fœtens *Anagyris*. Lob.
Sylvarum primula.

286. *Nomen Specificum* ſine Generico *eſt quaſi campana ſine piſtillo.*

Quemadmodum campanà ſine piſtillo nullius uſus eſt, ita & differentia ſpecifica fine nomine generico. Cum nomen ſpecificum nil ſit niſi diſtinctio ſpecierum ſub ſuo genere, nulla dari poteſt differentia ſpecifica, ubi nullum genus, niſi quis indicaret notam ſpeciei propriam, qua ab omnibus in univerſum plantis differt. Omnis planta ſolo nomine diſtinguatur ab omnibus in univerſum aliis, neceſſe eſt; hæc diſtinctio abſque longo verborum anfractu abſolvi non poſſet, niſi genera aſſumerent Botanici; hiſce aſſumtis vero facile: hinc abſque genere nullum datur nomen ſpecificum, ſed ſola deſcriptio diſtinguens,

Hinc & qui unicum tradit diſtinctum nomen, in planta incerti generis, rectius eandem nominavit, quam qui differentiam ſeſquipedàlem abſque genere elocutus eſt.

Nomina abſque capite ſunt differentiæ abſque genere; ani-

mal fine capite miferrimi eft ftatus, cum vita in eo deficiat, fic & fequentia nomina.

——— *myagro affinis, herba, capfulis rotundis.* I. B.
——— *linariæ aliquatenus fimilis, hirfuta, non laciniata.* C. B.
——— *periclymeno accedens, planta monanthos.* Mor.
——— *guajaci fructu, arbor.* P.
——— *hexagono fructu arbor.* P.
——— *methonicæ folio planta.* P.
——— *papilionaceo flore planta.* P.
——— *tetragono fructu arbor.* P.
——— *alfines facie, nova planta.* Col.
——— *indigena alpium Sabaudiæ.* Bocc.
——— *oleandri folio lucido frutex.* Pet.
——— *linariæ aliquatenus fimilis, folio bellidis.* I. B.

287. *Nomen fpecificum ipfi nomini generico* adglutinatum *non erit.*

Diftinctæ ideæ, diftincta verba, diftinctæ propofitiones e diftincta mente profluunt: e confufa autem, confufa omnia. Nomen genericum & fpecificum funt res diverfiffimæ, debent ideoque diftinctæ tradi, nec confundi. Veteres nonnulli generico nomini fpecificum inferuere, caudæ inftar, quam methodum rejecere omnes Syftematici jufte, quippe referri nequeunt ratione ulla nomina caudata.

Gentian*ella*	pro	Gentiana parva.
Acetof*ella*	——	Acetofa parva.
Nafturti*olum*	——	Nafturtium humile.
Peplus & Pepl*is*	——	Mas & femina.

288. *Nomen fpecificum* genuinum *eft, vel fynopticum, vel effentiale.*

Nomen fpecificum nil eft, nifi primaria nota e differentia exemta, qua hanc fpeciem ab aliis ejufdem generibus omnibus cito, tuto, & jucunde diftinguam.

Differentia eft defcriptio omnium plantæ partium fecundum numerum, figuram, fitum, & proportionem harum, quoad

iſtas modo notas, quæ in nulla ſpecie ejuſdem generis occurrunt.

Falſa itaque, nec genuina ſunt nomina ſpecifica omnia, quæ alias adhibent notas, quam diſtinctivas ſpecierum, cum tranſeant tum in deſcriptionem.

Si nullam reperio notam ſpeciei propriam, neceſſe eſt, ut inquiram notas paucis ſpeciebus ejuſdem generis communes, nec omnibus: his repertis aliam magis propriam; uſque dum pervenero ad ultimam ſubdiviſionem. Hinc omnia nomina ſpecifica vel ſinoptica, vel eſſentialia dicuntur.

Dantur etiam differentiæ partim eſſentiales partim vero ſynopticæ: ſi enim incipiam ſpecificum nomen per ſynopticam diviſionem, quamprimum potero, eſſentialem magis notam aſſumam, quo brevius evadat.

289. *Nomen Specificum* Synopticum *plantis congeneribus notas ſemi-dichotomas imponit.*

Ubi notas ſpecierum propriiſſimas reperire non licet, ad ſubdiviſiones ſpecierum per dichotomiam confugiendum, (quæ diviſio ſynoptica vulgo audit), ut certo diſtinguamus plantas verbis licet pluribus, ubi paucioribus non licet.

Non neceſſe eſt, ut hæc diviſio per brachia, vel ramos æqualis longitudinis extendatur, proin notam magis propriam, ſi occurrat, adhibere non modo liceat, ſed ſi detur, neceſſario in uſus trahatur.

SALICIBUS in Fl. Lapp. 281. nomina ſpecifica ſynoptica impoſui, dividens ex figura foliorum & hirſutie.

SALIX foliis {
- integris {
  - glabris.
  - villoſis {
    - ſubtus.
    - utrinque.
- ſerratis {
  - glabris.
  - villoſis {
    - ſubtus.
    - utrinque.

SALIX

1. foliis ſerratis glabris ovatis utrinque acutis. Fl. Lapp. §. 348
2. . . . . ovato-lanceolatis acuminatis. 349
3. . . . . oblongo-ovatis. 350

4.

4. . . . . lanceolatis, crenis undulatis. 351
5. . . . . verticaliter ovatis. 352
6. . . . . ovatis. 353
7. . . . . ſubovatis ſeſſilibus appendiculatis. 354
8. . . . . orbiculatis. 355
9. . . . . . utrinque villoſis ovato-oblongis. 365
10. . . . integris glabris ovatis confertis pellucidis. 356
11. . . . . alternis. 357
12. . . . . ſubtus reticulatis. 359
13. . . . . lanceolato-ovatis. 358
14. . . . . lanceolatis utrinque acutis. 360
15. . . . . ſubtus villoſis ovato-lanceolatis utrinque acutis. 361
16. . . . . ovatis acutis. 362
17. . . . . tenuiſſime, ovatis. 363
18. . . . . nitidis ovatis. 364
19. . . . . utrinque villoſis lanceolatis. 366
20. . . . . subrotundis acutis. 368
21. . . . . verticaliter ovatis appendiculatis. 369

Ne autem ſynopſis nimis longa evadat, ſi nimia ſpecierum diſtinguendarum copia, licet Eſſentiales notas hinc inde inſerere, ut articuli nominum pauciores evadant. e. gr.

22. *Salix foliis oblongis ſubtus villoſis, inferioribus crenatis; ſuperioribus integris.* 367. pro *fol. crenatis & integris oblongis ſubtus villoſis.*

Hinc evito in ſingulo nomine reliquarum ſpecierum unicum verbum. e. gr.

Salix foliis { omnibus { integris. / ſerratis. } / inferioribus ſerratis. }

290. *Nomen Specificum* Eſſentiale *notam differentem ſingularem, ſuæque ſpeciei tantummodo propriam, exhibet.*

Nomen Specificum eſſentiale dicitur, ubi ab aliqua nota

desumtum est, quæ in planta alia sui generis existit nunquam; adeoque differentia unius speciei nullum habet respectum ad alterius nomen.

Has differentias dum obtinuerimus, summum apicem (si genus prius certissimum) tetigimus, & ultimum finem, ultra quem progredi nec possumus, nec desideramus in notitia plantarum.

Si eo unquam perveniant Botanici, ut omnes plantas ad infallibilia reducere queant genera, omnibusque speciebus adsignare nomina essentialia, nil datur ultra,

Hinc necesse est absolute, ut ejiciatur differentia synoptica, ubicunque essentialis reperiatur, licet synoptica ista in & per se certissima foret. e. gr. si octo velim, non opus mihi est dicere bis unum duo, bis duo quatuor, bis quatuor octo: hic idem valet 8, ac bis quatuor. Quo pluribus enim absolvitur subdivisionibus, eo & in differentia facilius erratur; at, ubi unica datur nota, ibi nullus errandi locus conceditur asseclæ.

Commendant ergo se nomina essentialia certitudine, facilitate, & brevitate; ergo tuto, cito, & jucunde species indicant.

Hæc nomina valent per se, absque citationibus, figuris, vel descriptionibus, nec ulli dubia movent. Hujusmodi sunt:

Corispermum *foliis oppositis*. Fl. Lapp. 2.
Utricularia *nectario conico*. Fl. Lapp. 14.
Eriophorum *spicis pendulis*. Fl. Lapp. 22.
Plantago *scapo unifloro*. Fl. Lapp. 64.
Alchemilla *foliis simplicibus*. Fl. Lapp. 66.
Alchemilla *foliis digitatis*. Fl. Lapp. 67.
Menyanthes *foliis ternatis*. Fl. Lapp. 80.
Convallaria *scapo nudo*. Fl. Lapp. 112.
Convallaria *foliis verticillatis*. Fl. Lapp. 114.
Pyrola *scapo unifloro*. Fl. Lapp. 167.
Pyrola *staminibus & pistillis declinatis*. Fl. Lapp. 169.
Betula *foliis orbiculatis crenatis*. Fl. Lapp. 342.
Abies *foliis apice bifidis*. H. Cliff.
Convolvulus *calycibus tuberculatis*.
Hypericum *calycum serraturis capitatis*.
Campanula *calycibus a tergo lamellis quinque notatis*. H. Cliff.
Fumaria *floribus acalyculatis*.

291. *Nomen Specificum quo* brevius, *eo etiam melius*, *si modo tale.*

Artis pulchritudo, & perfectio desiderat compendium & brevitatem; stultum enim est facere per plura, quod paucioribus absolvi queat. Naturæ sapientissimus Autor adeo compendiose omnia creavit, ut ne quid ultra. Quo paucioribus peragatur quid, eo & perfectius. Est enim insectum sex pedibus perfectius Medusa innumeris pedibus; quadrupes insecto, homo puadrupede perfectior, & paucioribus instructus pedibus, nec tamen in iisdem operationibus inferior; nostrum est Sapientissimi Creatoris admirari Omniscientiam, & quantum licet, propius eo pervenire, quo humana mens ultra nequeat.

In nominibus genericis certum numerum literarum nobis præfiximus, ultra quem non ascenderemus, ne sesquipetalia introducerentur vocabula: literas itaque duodecim, ut summas, §. 249. admisimus; sic & in Specificis tantum pro nomine specifico DUODECIM ad summum VERBA seu *Vocabula* concedimus, ultra quæ ascendam nunquam; alii faciant quid velint, ego hæc mihi præscribam.

Nullum dari genus, quod plures quam centum contineat veras species, certo certior sum; posito itaque centum dari in genere species, posito quod nomina specifica synoptica definirentur, ergo 100. α. 50. β. 25. γ. 14. δ. 7. ε. 3. ζ. 2. adeoque has sex modo adjectivis distinguerem; posito & quod tria necessaria essent substantiva, fieret conclusio, in hisce nominibus novem modo verba necessaria esse; si vero unicum substantivum, seu unica pars describeretur, duodecim verbis species mille ducentas, & quadraginta octo distinguerem.

Ego sane horreo cum aspicio nomina ista sesquipedalia specifica Autorum; præsertim *Plukenetii* & *Breynii*: & defatigor, cum ea pro synonymis assumere cogor: adspicite exempla, & sapiat qui sanus est.

22. CENCHRAMIDEA *arbor saxis adnascens, obrotundo pingui folio, fructu pomiformi in plurimas capsulas grana ficulnea (stylo columnari hexagono præduro) adhærentia continentes, diviso, Balsamum fundens.* Pluk. alm. 92.

23. ACACIÆ *similis, spinis corniformibus, Mexicana prima, seu Arbor cornigera Mexicana prima, seu spinis elegantissimis cornuum taurinorum in modum reflexis, fructu tumido majore rostrato cinereo subvirescente.* Breyn. prod. 2. p. 4.

27. FICOIDES *Africanum mesembryanthemum sive Ficus*

aizoides major procumbens, tripolii folio magis ſucculento denticulis fimbriato, flore argenteo ad umbilicum aureo, fructu magno pyramidali quinquefariam diviſo calloſo, calyce pentagonali incluſo. Pluk. pant. 77.

28. ACACIÆ *quodammodo accedens, Myrabolano chebulo Veſlingii ſimilis arbor Americana ſpinoſa, foliis ceratoniæ in pediculo geminatis, ſiliqua bivalvi compreſſa corniculata ſeu cochlearum vel arietinorum cornuum in modum incurvata, ſive unguis cati.* Breyn. prod. 2. p. 29.

36. *Acrochordodendros ſive arbor indica prægrandis, foliis integris, platani fructu verrucoſo minore ſive fragiformi duro, cujus ſinguli bati ſive tubercula ſunt capſulæ ſeminales; (melius forſan) Arbor indica prægrandis, foliis integris fructu rotundo parvo fragiformi e tuberculis capſularibus compoſito.* Pluk. mant. 4.

292. *Nomen Specificum nulla admittat* vocabula, *niſi quibus a congeneribus* neceſſario *diſtinguitur.*

Deſcriptio dat omnes notas in planta exiſtentes, quibus differt ab aliis omnibus. *Differentia* tradit notas ſolas & omnes, quibus differt modo a reliquis ſui generis. *Nomen ſpecificum* modo notam breviſſimam, & unicam, qua ſpecies a congeneribus differt. Ergo errant, qui differentias pro nominibus ſpecificis obtrudunt; multo magis, qui integras deſcriptiones nominum ſpecificorum loco ſiſtunt.

Si a Botanico quæro notitiam plantæ, mihi objicitur nomen quoddam abſurdum Botanici cujuſdam, & ſe ſufficienter me inſtruxiſſe credit Doctor; ſi amplius quæro, qua nota hæc differat a congeneribus adſtantibus, reſponſum fero durum, & obtuſus ipſi videor, quod non in plantis perſpiciam hanc a reliquis differentem eſſe, quaſi ejus non eſſet differentiam dare. Si Botanici dudum, conſtitutis generibus, in ſingula ſpecie notam propriam inveſtigare in animo habuiſſent, certe non neceſſe fuiſſet, hoc tempore quinquaginta evolvere auctores, totidem deſcribere ſynonyma, totidem perlegere deſcriptiones, totidemque imperfectas figuras, antequam de ſpecie vulgari quid hæſitando eloqui auderemus.

Plurimi fuere, qui Floras & Hortos dedere, ſolis nominibus plenas, ſeque egregie officio ſuo functos crediderunt, dum nomina pura perſiſterent, nec librum conſpurcatum ullis obſervationibus. *Raji Synopſis* quam alia ulla Flora mihi ma-

gis arridet, cum in multis differentias ſub ſpeciebus recenſuit ſæpe: utinam alii Botanici eadem methodo inſiſterent.

Si in nomine ſpecifico plures cumulentur notæ, quam quæ ad diſtinguendas ſpecies neceſſariæ ſunt, confunditur inde Tyro, nec ſcit, cuinam ſpeciei fidem adhibeat, nec quod ſint ſpecies, nec qua in re congeneres ſpecies differant; at datis modo neceſſariis notis hæc omnia facile perſpiciet.

Plantago *monanthos paluſtris, gramineo folio, pariſienſis.* Tournef. in hac differentia ſolum monanthos ſufficit pro diſtinctione. (ergo *Plantago ſcapo unifloro* Fl. lapp.) reliquæ omnes notæ falſæ ſunt: *paluſtris.* F. B. 264. *gramineo folio.* F. B. 261. *pariſienſis.* F. B. 264. & ſuperfluæ. F. B. 292.

Uti vocabula ſuperflua falſa ſunt, ita & abſurda omnia extra differentiam petita. ANTOMASIA autem Rhetoribus dicta in Botanicis eſt monſtrum, e. gr. *Lamium caule folioſo* Lind. falſa eſt differentia, cum admittit alia vocabula, quam quæ diſtinguunt; quodnam enim *Lamium* nunquam viſum fuit *caule nudo?*

TAUTOLOGIA nec minus monſtroſa in Botanicis eſt avis, adeoque proſcribenda abſolute. e. gr. BETULA *nana pumila* Frank.

293. *Nomen Specificum* nullum, *ſpeciei in ſuo genere ſolitariæ, imponi poteſt.*

Patres Rei Herbariæ ſolis nominibus genericis fere contenti fuere in omnibus plantis, at nos non his, ubi modo unica in eodem genere eſt planta.

Nomen ſpecificum nil aliud erit, quam nota, qua diſtinguam ſpecies a congeneribus; ergo ubi unica ſpecies, nulla diſtinctio, adeoque nulla differentia.

Quæſivi a Botanico quondam, cur nomen ſpecificum imponeret ſpeciei in ſuo genere ſolitariæ; reſponſum torvis oculis obtinui, quod, qui novam ſpeciem invenerit, & nomen imponat, ut ſi alia dein reperiretur, in poſterum hæc diſtincta eſſet; doctum a Docto reſponſum! ego certe nunquam iſtam præſcientiam obtinere potui, nec ex unica ſpecie prævidere plures, multo minus ſcire, qua nota reliquæ non detectæ differrent a præſenti detecta.

Dico itaque iſtum Botanicum errare, qui ſpeciei ſui generis ſolitariæ, nec detectæ alteri, nomen ſpecificum imponat, uſque dum contrarium mihi demonſtratum ſit.

Debet enim, qui alteram inveniet ſpeciem, nomen ſpecificum & ſuæ inventæ ſpeciei, & alteri primum detectæ ſpeciei imponere; nequaquam autem ille, qui priorem invenerit ſolam.

Superflua itaque nomina ſpecifica ſunt e. gr.

Vallifneria *paluſtris, algæ folio italica, foliis in ſummitate denticulatis, flore purpuraſcente.* Mich.

Vallifneroides *paluſtre, algæ folio, italicum foliis in ſummitate tenuiſſime denticulatis, floribus albis vix conſpicuis.* Mich.

Anagallidaſtrum *exiguum, foliis lanceolatis alternis, flore albo fugaci & vix conſpicuo.* Mich.

Tozzia *alpina lutea, alſines folio, radice ſquamata.* Mich.

Glaucoides *paluſtre, portulacæ folio, flore purpureo.* Mich.

Tillea *muſcoſa annua perfoliata, flore albo.* Mich.

Drypis *italica aculeata, floribus albis umbellatim compactis.* Mich.

Morina *orientalis carlinæ folio.* T.

Tribuloides *vulgare aquis innaſcens.* T.

Valdia *cardui folio, fructu ſubcæruleo.* Pl.

Rondeletia *arboreſcens, tini facie.* Pl.

Matthiola *folio aſpero ſubrotundo, fructu nigricante.* Pl.

Maranta *arundinacea, cannacori folio.* Pl.

Dalechampia *ſcandens, lupuli foliis, fructu hiſpido tricocco.* Pl.

294. *Nomen Specificum imponat, qui* novam *adinvenerit ſpeciem, ſi modo neceſſe ſit tale.*

Qui plantarum quoddam genus primum orbi patefacit, & deſcribit, illum nomen impoſiturum diximus §. 218. Qui primum ſpeciem communicat, illum & nomen ſpecificum dare prætendimus, *ſi neceſſe ſit tale* nomen; neceſſe eſt, ubicunque plures ſpecies ſub eodem militant genere; non neceſſe & erroneum, ubi hæc prima & unica ſpecies ſit. §. 293.

Qui ſpeciem in genere quodam, ſub quo plures antea detectæ & nominatæ ſunt ſpecies, novam detegit, ille non modo novæ ſuæ ſpeciei nomen ſpecificum bonum imponat, ſed & corrigat, vel emendet, vel augeat nomina ſpecifica reliquarum congenerum, quæ inde deficientia alias evaderent. e. gr. Pono in *Hordei* genere duas modo detectas eſſe ſpecies.

1. HORDEUM *flosculis omnibus hermaphroditis.*
2. HORDEUM *flosculis lateralibus masculis.*

Si tertiam reperirem speciem, quæ floribus lateralibus gauderet itidem masculis, sed a 2da. tamen diversam, non modo tertiæ speciei nomen specificum imponerem, sed & secumdam distinguerem, adeoque.

1. HORDEUM *flosculis omnibus hermaphroditis.*
2. HORDEUM *flosculis lateralibus masculis* ARISTATIS.
3. HORDEUM *flosculis lateralibus masculis* MUTICIS.

295. *Nominis Specifici vocabula non erint* Composita, *nominibus genericis similia, nec* Græca, *sed tantum Latina, nam quo simpliciora, eo etiam meliora.*

Admisimus in Genericis linguam græcam ob rationes §. 229. datas, cum omne nomen genericum gaudeat proprio charactere, & definitione: sed Specificum se ipsum explicare debet, adeoque quo clarius, eo & melius est.

Vocabula itaque tantummodo latina in differentiis admittimus, at græca tanquam magis obscura, certe non vulgo nota, proscribimus.

Nomina ista composita, nominibus genericis similia, fateor me non intelligere quid sibi velint: num autores ipsi ea intellexerint, nescio.

GRÆCA.

Ranunculus	*platyphyllos*	latifolius.
Lathyrus	*distoplatyphyllos.*	
Myrrhis	*conejophyllon*	conii foliis.
Potamogeton	*lejophyllon.*	
———	*iteophyllon.*	
———	*malacophyllon.*	
———	*ulophyllon.*	
Plantago	*monanthos*	uniflora.
Narcissus	*polyanthos*	multiflora.
Pilosella	*monoclonos.*	
Pilosella	*polyclonos.*	
Cirsium	*polycephalum*	multis capitulis.
Lotus	*oligokeratos.*	
———	*polykeratos*	leguminibus multis.
Mimosa	*platykeratos*	leguminibus latis.

Pisum	*leptolobon.*	
Lotus	*tetragonolobus*	leguminibus quadratis.
Mimosa	*brachyplatolobos.*	
Lathyrus	*amphicarpos.*	
Lichen	*polymorphos*	facie varia.
Trifolium	*katoblepf.*	
Clematis	*bucananthos.*	
Helleborine	*trianthophoros*	triflora.
Antirrhinum	*triornithophoron*	tribus aviculis.

COMPOSITA.

Picus	*aizoides.*
Asclepias	*aizoides.*
Hieracium	*pilosclloides.*
Oreoselinum	*anisoides.*

296. *Nomen Specificum non erit* Tropis rhetoricis *figuratum*; *multo minus* erroneum, *sed fideliter*, *quæ natura dictitat*, *exponat.*

Qualemcunque demum in linguis ornate eloquendum, usum habeant flores rhetorici, certe in denominatione specierum monstrosissima sunt entia: postulamus enim hic nudam simplicissimamque veritatem absque tropo, metaphora, & ironia ulla.

Quid ad plantas animalium propria attributa? Quæ planta unquam melancholica, spuria, adulterina, abortiva, fatua, mortua, &c.? Absolute nulla, sed ejus judicium vereor, certe dum nomina ejusmodi imposuit plantis autor, tale fuerit.

Memini me puerum maxima cum admiratione perpendisse nomen istud ACETOSÆ *folio in medio deliquium patiente*, nec concipere poteram, qua ratione delinqueret, inde continuo plantam vivendi desiderio flagrabam: tandem cum mihi obvia erat Acetosa rotundifolia hortensis C. B. cum macula ista in medio alba, absolute inducebar hanc eandem esse, cum delinquentes semper pallescant; erravi tamen, sed vereor, quod magis Morisonus, qui nomen cudit.

Nil magis frequens est in Botanicis quam partem pro toto sumere, plantam *albam* dicere, quæ solum *albos flores* ferat, nec partem aliam candicantem. Nec minus receptum, numerum singularem pro plurali dicere, *folio* & *flore* pro *foliis* &

floribus : sed venit Hesperus, ite Capellæ; desinat tandem nebulosus dies, & serenus eum excipiat.

De Ironiis in Botanicis nil dicam, mendacium enim est species ironiæ.

SYNECDOCHE *totius pro parte.*

Saxifraga *alba*	pro	corollis albis.
Salicaria *purpurea*	——	corollis purpureis.
Linaria *lutea*	——	corollis luteis.
Quinquefolium folio *argenteo*	——	subtus albo.
Molucca *spinosa*	——	calycibus spinosis.

SYNECDOCHE *numeri singularis pro plurali.*

Lupinus *flore* luteo	pro	floribus luteis.
Nigella *flore* cæruleo	——	floribus cæruleis.
Nigella *semine* alato	——	seminibus alatis.
Ranunculus *folio* rotundo & capillaceo	pro	foliis rotund. & capill.

SYNECDOCHE *numeri pluralis pro singulari.*

Pimpinella *umbella candida* pro corollis candidis.

METAPHORA.

Limon *incomparabilis* pro Maximus.
Iris *gloriosa* pro floribus nitidissimis.
Caryophyllus *superbus* pro floribus pulcherrimis.
Majorana *nobilis* pro odoratissima.
Majorana *gentilis* pro odoratissima.
Æschynomene *mitis* pro inermis.
Apium *ingratius* pro sapore averso.
Tragon *improbus* pro aculeatus.
Ranunculus *sceleratissimus* pro vesicatorius.
Persicaria *mordax* pro acris.
Urtica *urens* pro pungens.
Urtica *fatua* pro inermis.
Cannabis *erratica* pro mas.
Linaria *tristis* pro floribus minus nitidis.
Hesperis *melancholica* pro noctu odorata, die inodora.

Acetoſa *deliquium patiente* pro foliis emarginatis.
Urtica *mortua* pro inermis.
Bulbonac rad. *rediviva* pro perenni.
Biſtorta *ſobolifera* pro bulbifera ſpica.
Meum *adulterinum* pro non genuina ſpecies.
Meum *ſpurium* pro idem.
Orchis *abortiva* pro figura floris ſingulari.
Pinus *incubacea.*
Fucus *hæmorrhoidalis* pro hæmorrhoidibus medela.
Pepo *ſtrumoſus* pro fructu tuberculis obſito.
Zacintha *verrucaria.*
Lolium *tremulum* pro a vento.
Lapathum *ſangnineum* pro ſucco rubro.
Caryophyllus *barbatus* pro calycis ſquamis ſetaceis.
Trifolium *ſubterraneum* pro fructum ſub terra condens.
Papaver *ſpumeum* pro calyce inflato.
Mentha *cataria* pro odore catis grato.
Hordeum *murinum* pro nullius valoris.
Gramen *leporinum* pro tremens uti lepus.
Hypericum *hircinum* pro hircum olens.
Lactuca *agnina* pro ovibus gratus cibus.
Melo *ſaccharatus* pro ſapore dulciſſimo.
Aparine ſem. *ſaccharato* pro fructu glabro.
Arbor *ſinium regundorum* e qua tinctura pro mappis geogr.

IRONIA.

Lyſimachia *bifolia, fl. globoſo* pro foliis oppoſitis, racemis ovatis.
Ornithogalum *flore* minore *innato* pro filamentis planis.
Opulus *flore* globoſo pro umbella globoſa.
Narciſſus *calyce* luteo pro nectario luteo.
Acetoſa *rotundifolia* pro fol. ovato-haſtatis.
Ornithogalum *ſpicatum* pro corymboſum.
Blattaria fol. *laciniato* pro foliis ſerratis.
Dentaria *baccifera*, pro bulbifera ex alis.
Lathyrus *infra* ſuperque *terram fructum ferens*, pro radice fruticante.
Cyperoides *ſeminibus* bullatis pro fructibus inflatis.
Dracunculus *piſtillo* longiſſ. pro receptaculo longiſſ.
Lenticula *triſulca* pro foliis proliferis.
Fragaria *ſterilis* pro receptaculo pro ſicco.

Sabina *sterilis* pro mare.
Mesembr. *margaritiferum* pro superficie vesiculis tecta.
Aquilegia *stellata* pro floribus nectariis destitutis.

297. *Nomen Specificum nec* comparativum, *nec* Superlativum *sit*.

Non datur comparativum, nec superlativum sine positivo; ignorato enim positivo, ignoratur comparativum & superlativum: vel, si duo gradus comparantur inter se, ignorato uno, ignotus evadit & incertus alter. e. gr.

PILOSELLA si mihi objiciatur spectanda, me latebit, utrum hæc *minus hirsuta*, vel *magis*, dicenda sit, quamdiu non alteram viderim. ALSINE *altissima* minor est Betula nana, adeoque nec illa determinatur, nisi notis antea speciebus.

Hæc itaque incertitudinem nunquam non admittunt, proin in Botanicis non ferenda, sed excludenda, certaque principia assumenda sunt.

Excipiatur tamen *proportionis gradus*, qui non modo in Botanicis agnoscendus, sed & in magno pretio habendus est; e. gr. Cum loquor de plantæ partibus, de trunco, foliis, fulcris, fructificatione, & dico *petiolum longissimum*: optima erit nota, cum petiolus longior tum est tota planta. Si *calycem* dicam *maximum*, superat is omnes partes floris; adeoque comparativus, vel superlativus gradus, sub proportione in ipsa planta defendatur; authoritas autem proportionis, extra subjectum proprium, nil valet.

Ergo Comparativus, vel superlativus gradus cum respiciat proportionem plantæ, in ipsa planta optimus est, extra plantam vero, si hanc quærat, erroneus.

Erroneus.

Gramen *altissimum*.
Alsine *altissima*.

Bistorta *rugosioribus* foliis. I. B.
Equisetum *lævius*. Raj.

Pilosella *minus* hirsuta. C. B.
Bistorta rad. *minus* intorta. C. B.

Bistorta rad. *magis* intorta. C. B.

Pilosella *major*, *minus* hirsuta. C. B.
Pilosella *minor*, folio *angustiore*, *minus* piloso. I. B.
Dens leonis, qui Pilosella folio *minus* villoso. T.

298. *Nomen Specificum terminis positivis, non vero* negantibus, *utatur.*

Ridicula sunt nomina specifica a terminis negantibus producta, quippe quæ defectum sufficientium terminorum artis apud Autores suos accusant.

Quis non describere posset Virum, amplissima & prolixa licet oratione, per verba negantia, tamen nec quoad notam unam eundem tangere: e. gr. dico Virum non esse Barbarum, non Lapponem, non Giganteum, non decrepitum, non doctissimum, non malitiosissimum, &c. tamen exinde nullus sciret ejus unicum attributum; sic & idem in plantis.

Solliciti itaque erunt Botanophili, ut terminos addiscant artis positivos, & si deficiant, novos ut introducant.

Lysimachia *non papposa* Mor. seminibus nudis.
Hippuris *non aspera* I. B. glabra.
Bidens folio *non dissecto* T. integro.
Phalangium *non ramosum* Wehm. caule simplici.
Juncus panicula *non sparsa* C. B. floribus sessilibus.
Urtica *non mordax* Lob sapore miti.
Lychnis petalis *non bifidis* Mor. integris..
Lathyrus folio *sine capreolis* Mg. folio nudo.

299. Similitudo *omnis, in nomine specifico usurpata, dextra manu notior erit, licet & hæc minus placeat.*

Magni quidem usus est Similitudo, cum unico sæpe verbo exprimat id, quod alioquin longa verborum ambage vix enunciaretur; sed admittatur hæc quam sanctissime, cum *omnis similitudo claudicet*, si enim liberius admittatur, citius seducere non aptior erit ulla.

Admittimus Similitudines tantum definitas, nec alias, & quidem has mutuatas a *Mechanicis* & *Mathematicis*, quæ apud omnes in pretio sunt.

Adimittimus Similitudines a figuris *partium externarum corporum*

poris humani : nullum enim fuimet ipfius adeo oblitum effe, quin primo intuitu has intelligat, omnino perfuafi: talia funt: *auris*, *nafus*, *digitus*, *manus*, *oculus*, *umbilicus*, *fcrotum*, *penis*, *vulva*, *mamma* : defumantur modo hæ Similitudines ubique arctiffime, nec late nimis admittantur unquam.

Ejiciendæ vero funt Similitudines omnes a *partibus internis corporis humani*, vel *vifceribus* defumtæ, cum paucis, exceptis Anatomicis & Medicis, hæ notiffimæ exiftant; e. gr. *Tubæ Fallopiana.*

Excipiam *Cordis* & *Renum* figuram definitam, eamque admittam, nulli non cognitam, non tamen facienda eft ulla diftinctio inter figuram *cordis humani*, & aliorum animalum, in foro Botanico.

Ejiciendi, qui a Subjectis *Zoologiæ* vel *Lithologiæ* mutuati funt termini, cum fæpe contingat Botanicum confummatum vix Tyronem effe in reliquis naturæ regnis.

Ejiciendæ Similitudines ab Artificum inftrumentis vel fubjectis receptæ, nifi probe definitæ fint, & termini artis; paucis enim nota eft *fecuris veterum romanorum*; *aurifcalpium* variat mille formis, nec *cafeus* ubique locorum ejufdem formæ eft; admitterem folum *finus dædaleos* in Mufcis neceffarios, fed definitione protegantur prius.

α. Ab Homine.

Orchis *anthropophora* Col.
Orchis *hermaphroditica* C. B.
Tubera *tefticulorum* forma Mentz. globofa.
Fungus *penis* imaginem referens C. B.
Orchis *clitoride* pilofo Com. fl.
Agaricus *tubæ fallopianæ* inftar T.
Perficæ fimilis offe *cordis humani* figura.

β. A Zoologicis.

Coralloides *Apri* forma T.
Coralloides *Hyftricis* forma T.
Orchis *Simiam* referens C. B.
Orchis Zoophora *Cercopithecum* exprimens Col.
Orchis *mufcam* referens. C. B.
Mefembryanth. *roftrum ardeæ* referens.
Mefembr. *rictum caninum* referens.

Mesembr. *rictum felinum* referens.
Agaricus *pedis equini* facie T.
Horminum folio *cornu cervinum* exprim. Hr.
Lotus siliquis *pedes corvinos* referens C. B.
Buglossum fructu *pedem anserinum* referente Mor.
Fungus *pilis capreoli* prorsus similibus Loes.
Atriplex semine *bucephali* Col.

γ. Ab Artificialibus.

Arbor acul. ramis incurvis, *scenam topiariam* efformans Pluk.
Fungus *dædaleis* sinubus T.
Hemionitis folio *securis romanæ* figura Pluk.
Medica *caseiformis* Rd.
Melopepo *clypeiformis* C. B.
Fungus *auriscalpium* referens Kr.

300. *Nomen Specificum, nullum adjectivum, sine opposito substantivo adhibeat.*

Commune vitium in Botanicis est, quod, cum construantur differentiæ, adjectiva & notas adscribimus toti plantæ, quæ tantummodo parti competunt: alter, qui nostris uti tenetur differentiis, non debet non hæsitare ex ejusmodi differentiis. e. gr. diximus *Millefolium cornutum*, *Nigellam cornutam*, *Thlaspidium cornutum*, cum tamen primum Millefolium *foliis cornutis*, Nigellam *capsula cornuta*, Thlaspidium *calyce cornuto* voluerint Autores: sed quis horum ignarus, eorum mentem & opinionem detegere poterit.

Petam itaque a Botanicis, in posterum velint, dum differentias constituant, nulla adjectiva, nulla attributa, nullas notas dare sine adposita parte plantæ, cui adhærebit nota data; si vero attributum istud toti plantæ competat, pro substantivo, vel parte applicabili agnoscat nomen genericum, quod caput differentiæ est.

Admissa substantiva erunt partes plantæ, nec alia; partes plantæ veris suis nominibus definitæ; nec æquivocis vel obscuris nomenclaturis allegatæ.

α. Adjectiva sine substantivo vero.

Lysimachia *corniculata* siliqua longa.

Millefolium aqu. *cornutum* C. B. foliis.
Nigella arvens. *cornuta* C. B. capsula s. nectariis,
Thlaspidium *cornutum* T. calyce.
Allium *bicorne* C. B. spatha.
Amaranthus *tricolor* foliis.
Viola *tricolor* corolla.
Gramen *cristatum* spica.
Amaranthus *cristatus* spica plicata.
Myrtus *cristata* Weh. foliis.
Solanum *vesicarium* calyce fructus.
Nux *vesicaria* pericarpio inflato.
Colutea *vesicaria* pericarpio inflato.
Ketmia *vesicaria* calyce.
Ranunculus *vesicarius* vis vesicatoria.
Millefolium *vesicatorium* radice vesiculis instructa.
Mesembryanth. *vesicatorium* folia vesicis aspersa.

β. Adjectiva & Substantiva genere conveniant.

Juniperus *alpinus*. Clus. rectius alpina.
Hippuris *muscosus* Moris. rectius muscosa.

γ. Substantiva incerta.

Sideritis *utriculis* spinosis. *Herm.* pro verticillis.

301. *Omne adjectivum in nomine specifico* sequi *debet substantivum suum.*

Statuant, quidquid velint, Rhetores & Eloquentiæ Professores de adjectivis, num debeant substantivis præponi, vel postponi: & determinent hæc summa authoritate in proprio foro; nos hic naturalem ordinem summum agnoscimus Autorem.

Ideoque in Differentiis specificis præcedat substantivum semper, sequatur adjectivum ubique, ut sciam, ubi quæram, quod quærendum est; facile alias, si solum particula (comma, punctum, &c.) errore typographi excludatur, sensus maxime alienus, & fallax suboriretur.

a. Adjectiva ante substantivum.

Conyza *senecionis flore*, *retusis foliis* Herm.
melius flore senecionis, foliis retusis.

Corona ſolis, *parvo flore, tuberoſa radice* T.
melius flore parvo, radice tuberoſa.

β. Adjectiva remota a ſubſtantivis.

Sinapiſtrum *ægyptium heptaphyllum, flore carneo, majus ſpinoſum.* Herm.
melius ægypt. heptaphyll. majus ſpinoſum, flore carneo.
Sinaptiſtrum *indicum pentaph., flore carneo, minus, non ſpinoſum* Herm.
melius indic. pentaph. minus non ſpinoſum, flore carneo.
Pepo *ind. reticulatus, ſem. albis, major.*
melius indicus reticulatus major, ſeminibus albis.
Meſembryanthemum ſive Flos meridianus *africanus, triangulari folio, frutefcens maximus procumbens.*
melius africanus fruteſens maximus procumbens, triangulari folio.
Orchis *æthiopica, maxima, maculata aviculam niveam; macula ſanguinea, in dorſo, notatam repræſentans, galea cærulea, ampliſſima, pulvere argenteo, aſperſa intus aurea, inſigniter ſplendente.* Breyn.
melius æthiopica, maxima, maculata, repræſentans aviculam niveam, notatam in dorſo macula ſanguinea, galea cærulea ampliſſima adſperſa pulvere argenteo.

302. *Adjectiva in nomine Specifico uſurpata, e terminis artis ſelectis, ſi modo ſufficientes ſint, petenda ſunt.*

Magis exoptandum foret, quam ſperandum, ut Botanici convenirent in iiſdem artis terminis, ubi eaſdem exprimunt res; norunt ſolum Tyrones, quantam ſibi objectam reperiant difficultatem, quotque dubia, cum Botanici in alio loco idem dicant, quod antea, aliis & diverſiſſimis verbis.

Multi, ut ornare loquantur, magis ſolliciti ſunt, quam ut clare exprimerent ſuas ideas; hinc ſapientis eſt, ſynonyma horum colligere, collecta eligere, longius petita rejicere, expellere, proxima & ſimpliciſſima ſervare.

Termini itaque puri & appropriati aſſumantur, *per periphraſin* dicti excludantur, eorum ſynonyma eligantur, &, ſi deficiant digniores, novi conficiantur: quo enim compendioſius, ſi æque certe, quid perficiatur, eo melius eſt.

α. Syno-

α. Synonyma.

Lychnis *viſcoſa* Lychnis *glutinoſa* Rd.	glutinoſa.
Caryophyllus *ſupinus* C. B. Malva *procumbens* Mor.	procumbens.
Liguſtrum foliis *pictis* Weh. Lauroceraſus foliis *variegatis* Weh.	variegatis.
Piloſella rep. *hirſuta* ——— fol. *piloſo* ——— fol. *villoſo* Quinquefolium *pubeſcens*	piloſa.
Amygdalus *humilis* Salix *pumila* Betula *nana*	humilis.
Hieracium radice *ſucciſa* C. B. Hieracium radice *præmorſa* Mor.	ſucciſa.

Per Periphraſin.

Quinquefolium *molli lanugine pubeſcens* I. B. villoſum.
Conyza *humidis locis proveniens* I. B. paluſtris.
Muſcus ſquamoſus *in aquis naſcens* Mor. aquaticus.

303. Particulas *adjectiva ſubſtantivaque conjungentes*, *nomen Specificum excludat.*

Cum nomen Specificum ſolas contineat differentias partibus plantæ adſcriptas, nullo modo opus eſt *conjungentibus* iſtis notis *Et*, *Atque*, *Simul*, &c. cum per ſe cuique pateat, nullas notas adſcriptas eſſe, quin communes ſint.

Omnes partes in *caſu ablativo* proponuntur, hinc nec *præpoſitiones* ullas aſſumimus: ergo *Ptarmica vulgaris foliis anguſtis* PRO Ptarmica vulgaris *cum* foliis anguſtis.

Tautologia omnis dum excluditur, nec ullum verbum, præterquam quo neceſſario diſtinguatur ſpecies, admittitur, nec *disjungentes* particulæ *Vel*, *Sive*, *Seu* nomen ſpecificum intrent.

Medica ſilv. frut. *vel* Trifolium falcatum *ſeu* Medica ſil. tortili Moriſ.
Abſinthium ponticum *ſeu* romanum officin., ſeu Dioſcoridis Moriſ. C. B.
Aſter montanus *ſive* oculo Chriſti ſimilis, *ſi non* idem *ſive* Conyza 3. I. B.

304. *Notæ* diſtinctivæ *partes plantarum, non vero adjectiva in nomine Specifico diſtinguant.*

Botanici pro maxima parte, in nomine ſpecifico, omnia adjectiva commatibus (α) diſtinxerunt, exceptis *Hermanno* & *Breynio*, qui ambo ſæpius ſolas partes diſtinctas (β) fecere hiſce particulis. His duobus ego áſſentio, nec video, a multiplicatis iſtis inter ſingula adjectiva commatibus, apud reliquos Autores aliud, quam quod intellectu difficiliores, & magis intricatæ reddantur eorum differéntiæ.

Si vero quis diſtinguere amaret adjectiva commatibus, & partes plantarum ſemicolo, per me licet faciat, ſi e re videatur, uti (γ).

α. Tagetes maximus, rectus, flore maximo, multiplicato.
β. ——— maximus, rectus, flore maximo, multiplicato.
γ. ——— maximus, rectus, flore maximo, multiplicato.

Lonicera
α. fl. verticillatis, terminatricibus, ſeſſilibus, fol. ſummis connatis.
β. ————————————, ——————.
γ. —————, —————, ———; ——————,

α. Teucrium foliis oblongis, obtuſis, crenatis, ſeſſilibus.
β. ——— ————————————.
γ. ——— —————, ———, ———, ———.

305. Parentheſin *nomen ſpecificum nunquam admittat.*

Parentheſis nunquam nomen ingredi debet, ſi recte conſtructum ſit nomen: indicat enim parentheſis defectum quendam ordinis & methodi, ubi, dum unum dicam, peregrina idea incurrit, vel exceptio aliqua veniam petit.

Non admitti debet, cum animum uni objecto intentum, revocat ad aliam peregrinam ideam.

Millies in nominibus ſpecificis occurrit parentheſis, licet non incarcerata ulla adſcripta nota, tamen res eodem redit; ubicunque adjectiva removentur a partibus propriis, iiſque immiſcentur aliæ notæ, *Parentheſis ſubintellecta* eſt. *α*.

Recentiores Syſtematici cum nomina aſſumerent nova generica ſecundum regulas artis, differentias novas exſtruere ſæpius recuſarunt, ſed Synonymon antiquum retinuere, ipſique præfixerunt Genericum cum interjecta nota: *Qui*, *Quæ*, vel *Quod*; hoc factum non laudo, cum novum eorum nomen, nullam notam ſpecialem indicat, ſed me ad alium modo remittit Autorem. Ergo eſt nomen ſolum genericum, abſque Specificio, cum unico ſynonymo.

α. Parentheſis ſubintellecta.

Sinapiſtrum pentaphyllum, *flore carneo*, minus H.
Melo indicus reticulatus, ſeminibus albis, major. H.

Parentheſis adſcripta.

Androſæmum maxim. (*quaſi fruteſcens*) bacciferum. Moriſ.
Cytiſo quodammodo affinis per medium planitierum (*ferræ leguminoſæ in modum*) ſe aperiente. Br.
Glycyrrhiza vel (*ſi mavis*) glycyrrhizæ affinis. Br.
Ricinus dulcis arboreſcens (*vel ſi mavis fruticeſcens*) americanus. Br.
Tithymalus (*vel Tithymalo affinis ſ. ſimilis*) aphyllus dictus, &c. Br.
Violæ affinis umbilicato (*ſeu peltato*) folio ſcandens. Br.

Dens leonis QUI *Piloſella folio minus villoſo* T.
Doria QUÆ *Jacobæa fol. integ. & mucr. Moriſ.* B.
Doria QUÆ *Jacobæa alp. fol. longior. ſerr. Tourn.* B.
Doria QUÆ *Jacobæa orientalis limonii folio T. cor.* B.
Titanokeratophyton QUOD *Lithophyton marinum albicans Geſn.* B.



NOMINA VARIANTIA.

306 *Nomini generico & specifico etiam* Varians, *si quod tale, addi potest.*

PERFECTE nominatas diximus plantas, generico & specifico nomine instructas §. 256. Nomini perfecto etiam plusquamperfectum addere solent Botanici, quod mihi *Nomen Varians* dicitur, cum hoc in eadem planta, uti nota, quæ nomenclaturam subministrat, variet, & ex uno in alterum transeat.

Potest etiam Varietas nomini ultimo loco inseri ab iis, quibus placeat; absit tamen a me, quod Nomina Variantia docerem, ea distinguerem, limitibusque circumscriberem, quæ mihi paradoxa sunt omnia.

Istorum qui desiderat ideas, Anthophilorum adeat turbam, discat a Magistris artis sapere, si illi, sique ille sapiat.

Botanici in eo dissentiunt ab Anthophilis circa theoriam artis in varietatibus, quod illi varietatum nomina definiendo imponant, verbisque exprimendo notam varietatum singularem, quæ & mihi res digna videtur; Hi vero, ne qui illotis manibus nobilissimam adgrediantur artem, nominibus religiosis sacra sua colunt; hoc fit, dum nomina imponuntur plantis veluti primitiva, vel quæ se ipsa, (uti generica) explicare nec queant, nec opus habeant, sed in mente concepto charactere muniantur. Cum autem character a nullo mortalium datus sit, vel vix dari queat, sed ex sola longa & diuturna empiria addiscatur, sequitur, nec cuique licitum esse, Anthophilorum sacra sanctorum intrare.

Anthophilorum & Botanicorum in Varietatibus objecta eadem sunt, ea tamen cum differentia, ut Anthophilus incipiat scenam, ubi Botanicus definit; hic, dum lassus quasi, finem operi imponit; ille, vegetus struere incipit, ut astra petat. Hinc species Botanicorum evadunt Classes Anthophilorum;

illorum varietates, horum ordines; quibus hi, dum ultra limites humanæ ſapientiæ progredi nituntur, ſuas ſpecies ultimas addunt. Botanici dein doctrina ſe ad omnes extendit plantas, Anthophilorum adhuc perſiſtit in *Hyacinthis*, *Tulipis*, *Dianthis*, *Primulis*, *Pulſatillis*, *Anemonibus*, *Iridibus*, *Narciſſis*, *Liliis*, *Crocis*, *Colchicis*, & in una vel altera alia.

En itaque Exempla nominum Anthophilorum circa varietates. Plura qui deſiderat, adeat opus, mihi doctiſſimum *Sivertii*, *Catalogum* ſc. *Tulíparum ex Horto Principis Badendurlacenſis Carols-ruhæ* 1733. 8vo.

Apollo.
Aurora.
Phœbus.
Aſtræa.
Dædalus.
Cupido.
Gratioſa.
Pretioſa.
Pompa Floræ.
Triumphus Floræ.
Splendor Aſiæ.
Corona Europæ.
Sponſa Amſtelodami.
Gemma Hollandiæ.
Tartar Cham.
Julius Cæſar.
Imperator Auguſtus.
Alexander magnus.
Carolus duodecimus, &c. & quidquid ſuperbum excogitari poteſt, ut nomina authoritatem concilient plantis.

307. *Nomina generica*, *ſpecifica & variantia* literis diverſæ magnitudinis *ſcribenda ſunt.*

Novum propono dogma circa nomina Variantia, ſolum ut ea pingant Botanici diverſis literis & characteribus: quod ſi mihi concedant, immunis & tuta noſtra perſiſteret ſcientia.

Cum Botanici Varietates proponunt in genere aliquo numero immenſas, & juvenis ſectator dein nomina ſpecierum inquirere tenetur, evolvit hic ſyſtema, omneſque ſpecies

generis detectas; reperit e. gr. centum species; adit itaque Descriptores & Ichnographos, qui quatuor vel quinque adumbrant species, circa reliquas quam pisces magis muti; hinc hæret in dubiis, extricat se nunquam, ut libero stare possit talo: nec ex nominibus specificis quid concludere audet, ubi se millies elusum observaverit antea. Si vero nomina Varietatum diversis literis distincta reperiret, facilis esset descensus Averni, & revocare gradum.

Absolute persuasus sum, infinitos Botanicos Varietates a Speciebus ut varietates non distinxisse, neque ipsos de tot distinctis speciebus voluisse cogitare: mirum itaque non plurium varietatum datas esse descriptiones & icones, quæ tamen necessariæ nullo modo sunt, sed absolute superfluæ.

En itaque Exempla & Modum, quo varietates nominandas vellem.

CONVALLARIA scapo nudo, *corolla plena.*
CONVALLARIA scapo nudo, *corolla rubra.*
CONVALLARIA foliis ovatis alternis, *floribus solitariis.*
CONVALLARIA foliis ovatis alternis, *floribus confertis.*
CONVALLARIA foliis ovatis alternis, *corollis duplicatis.*
SAXIFRAGA alpina ericoides, *flore purpurascente.*
SAXIFRAGA alpina ericoides, *flore cæruleo.*
PENTAPHYLLOIDES palustre rubrum, *crassis & villosis foliis.*
Ranunculus alpinus roseus *albus*, calyce hirsuto.
Christa galli *mas.*
Christa galli *femina.*

308. Sexus *varietates naturales constituit, reliquæ omnes varietates* monstrosæ *sunt.*

Unicus datur Varietatum modus naturalis in plantis & animalibus: reliqui omnes vero præternaturales sunt.

Hic naturalis modus Varietatis a sexu pronascitur, ubi scilicet ex seminibus & ovis ejusdem matris oriuntur nati sexu diversi: idque constanti sit lege, nec lusu, vel libidine ulla luxuriantis naturæ in istis speciebus, ubi sexus variat.

Cum naturalis sit hic Variationis modus, omni studio erit inquirendus, & memoriæ mandandus a Botanico, & veritatis omni amatore; profluunt enim inde tam multa, tamque insignia, quæ alias laterent.

Hortulanus gnarus N. L. in Suecia unicum 1726. e femine fato obtinuit Peponem; crevit fertiliffimo in folo; floruit quotidie; ille omni die ftudiofe excerpfit flores mafculinos, quos fpurios dicebat, eofque evellebat, ne nutritium fuccum a veris femininis ad fe traherent. Floruere & feminini flores, defloruere, florem rejecere, fructum per octo dies retinuere, tum abortiere omnes. Prohibuit enim privatio florum mafculinorum fecundationem, unde nullus ipfi fructus.

Mirati funt Curiofiffimi Belgæ Ambulon I. B. in hortis ftudiofe cultam, non baccas hic producere ceriferas, ut in Americana terra; minus autem mirum evadit hoc ad fexus attendenti, cum omnes hodiernæ in Belgio, hujus fpeciei quas vidimus arbores, feminæ fint.

Ubi fexus fe fiftit, nominetur ex arte, nec fumatur femina pro mare, vel mas loco feminæ. Male fexus notitia deftituti feminam dixere marem, & vice verfa. e. gr.

Mercurialis maf. T.
Cannabis maf. I. B. } funt feminæ.
Lupulus maf. T.

309. *Varietates monftrofas conftituunt flores* multiplicati, pleni, proliferi, *plantæ* luxuriantes, fafciatæ, mutilatæ *in numero, figura, proportione, & fitu partium omnium, nec non fæpe* Color, Odor, Sapor, & Tempus.

Diximus quot modis Varietates apud Botanicos confiderari foleant, & fimul quot modis ordines apud Anthophilos fiant, qui omnes ad tres folum recedunt; primus modus eft, cum in flore, præfertim COROLLA, fiat varietas per *luxuriationem*, cujus primus gradus eft *duplicatio*, *triplicatio*, *multiplicatio*; fecundus *plenitudo*, tertius vero *prolificatio*. Secundus modus fit in PLANTA ipfa *luxuriante*, vel *defectum* admittente, vel monftrofe cum fratribus coalita, & *fafciata* dicta. Tertius modus, ubi ftatura plantæ immutata perfiftit, fed alia levis intercurrit differentia *fenfibus* percipienda, uti oculis *color*, nafo *odor*, lingua *fapor*, & defiderio *tempus* diverfum.

Omnis Varietas (ni fexualis) eft ftatus plantæ præternaturalis; omnis flos plenus eft monftrofus, hinc & a Vaillantio *flores* pleni *monftrofi* dicti fuere; cum autem monftrofitas pluribus peragatur modis, quam folummodo plenitudine, hinc

aptius determinatio propriissima substituatur, ut cuique, qua ratione ista monstrositas in proposita planta sese habeat, constabit, utrum scilicet ista monstrositas sit in laciniis corollæ, ut in Tulipa monstrosa dicta; utrum in duplicatione, multiplicatione, plenitudine, vel prolificatione ipsius floris, &c.

De his in specie diximus plura.

VARIETATES COLORIS IN FOLIIS SINGULARIS.

α. Macula alba in Disco folii.

Cyclamen.
Acetosa rotundifolia hortensis.
Ranunculus pratensis repens hirsutus.
Trifolium.

β. Macula nigra in disco folii.

Persicaria cum *maculis ferrum equinum refer.* T.
Ranunculus heder, *atra macula notatus* I. B.
Ranunculus Ficaria dictus.
Arum varia in specie.
Orchis specie varia.

γ. Macula rubicunda in disco folii.

Amaranthus *tricolor.*
Nymphoides *folio maculis purpureis notato* T.
Ranunculus erectus acris C. B. sed rarius.
Urtica urens minor *foliis ex viridi & rubro eleganter variegatis.* Rudb.

δ. Maculis tessulatis per discum folii.

Helleborine sylvestris repens plantaginis folio T.
Calceolus lapponum pusillus, flore ex flavo rubro R.

ε. Punctis in supina parte disci.

Plantago maritima major tenuifolia T.

ζ. Punctis in prona parte disci.

Anagallis.

η. Lineis longitudinaliter variegatis.

Arundo indica *variegata.* Corn.
Gramen panic. aqu. phalaridis ſem. *folio variegato* T.

ϑ. Margine variegato.

Buxus *foliis per limbum aureis* T.
Aquifolium *ſpinis & limbis argenteis* T.

310. Caſuales Monſtroſitates *varietateſque, ſi leviſſimæ vixque notabiles ſint, eas non curat Botanicus.*

Uti corpora animalium non ſola objecta ſunt Anatomicorum, ita hec plantæ ſola Botanicorum, alio enim modo de muſculis eorumque differentiis, nominibus, &c. judicat Anatomicus, alio modo Zoologus, alio modo Lanio; ſic & de plantis concipiunt aliter Botanici, aliter Hortulani, aliter Anthophili.
Botanici eſt, diſtincte ſpecies plantarum noſſe, ſuiſque nominibus propriis indigitare; Anthophili autem, omnes varietates promte diſcernere, ſuoque nomine diſtinguere.
Botanici doctrina nititur fundamentis demonſtratis & demonſtrandis ex principiis geometricis, certis, & infallibilibus; Anthophili autem doctrina demonſtrata non eſt: an demonſtrari queat, hæſito; dependet enim tota a longa experientia oculari præſertim in coloribus.
Species omnes Botanicorum eodem numero, quo hoc vel futuro tempore exiſtent, ab Omnipotentis Creatoris manu profluxerunt: Anthophilorum autem a Speciebus (Botanicis dictis) omni die novæ & diverſæ prognaſcuntur, & prognatæ in priores tandem ruunt. Illis itaque impoſiti ſunt limites a natura certi, ultra quos progredi nequeat; in his vero luſus infiniti naturæ abſque fine; Illorum ſpecies Sapientiſſima a Manu Omnipotentis, horum Varietates a Ludente natura, ſub auſpiciis præſertim Hortulanorum, prodiere. Hinc differentia inter Botanicum & Anthophilum maxima.
Male itaque cenſent Botanici ſe nova detexiſſe regna, dum limites ſuos trangreſſi, calcarunt Anthophilorum terram. Sciat itaque Botanicus juvenis ſe eſſe philoſophum, nec philoſophi eſſe quidquam docere, præter quod demonſtrare queat; philoſophique eſſe certis niti principiis. Vaſtus ſatis ſuperque per ſe eſt Campus Botanicus, quem demetiri omnes, qui

extitere Botanici, hactenus non potuere; fufficiet etiam adhuc meffis futuris forte omnibus. Abfolutis propriis agris falcem injiciant aliorum meffi, proximifque fuccurrant tum primum, fi tempus fuperfit.

Cum autem plurium Botanicorum animos ita exterorum Sirenibus captos, earumque fcopulis adeo adfixos, ut vix inde evelli poffint, obfervaverim, fuafi fapientiores, ne fe detinere paterentur a minutiffimis Varietatibus, per integrum diem, & ufque dum fuperveniens nox prohiberet, fed ut magis neceffariorum examen inftituerent.

Aliquot millia varietatum in folis *Tulipis*, *Hyacinthis*, *Pulfatillis*. *Ranunculis*, *Dianthis* diftincta tradiderunt ANTHOPHILI, nec parcior feges effet fperanda, fi cultura, & induftria humana ad reliquas plantarum gentes fe adplicaret, licet in his forte minor in Corollis, major vero in ftatura plantæ, in foliis, caule, fulcris, &c. obfervaretur Varietas: quod nomine tenus monui §. 259. immo in dejectiffimis *Lichenibus*, *Fungis* & *Mufcis* non minor, quam in ulla alia plantarum familia, monente idem, ante me, Cl. HALLERO.

Sufficiat abfolute Botanicis recenfuiffe varietatum iftas folas fpecies, quas in paragrapho præcedenti enumeravi: neceffarium autem hoc effe, nullo quidem modo, adhuc perfuafus fum.

311. *Luxuriationes foliorum in* foliis oppofitis *&* digitatis *facillimæ adfunt.*

Hæc docet infpectio plantarum: Folia oppofita dum luxuriant, tranfeunt in Folia ftellata, feu verticillata, fed hoc in quibufdam generibus, nec omnibus; hoc raro rarius unquam in Didynamiæ claffe obfervatum fuit.

Exempla Luxuriationis foliorum in OPPOSITIS proftant in

LYSIMACHIA *lutea majore*. C. B.
1. Lyfimachia lut. maj. *foliis ternis* T.
2. Lyfimachia lut. maj. *foliis quaternis* T.
3. Lyfimachia lut. maj. *foliis quinis*. T.
SALICARIA *vulgari purpurea*, *foliis oblongis*. T.
1. Lyfimachia *trifolia*, caule hexagono T.
VERONICA *fpicata longifolia* &
VERONICA *Virginiana proceriore*, *foliis ternis quaternis aut etiam quinis*, &c. Pluck.

ANAGALLIDE *phœniceo flore* C. B. *vel cœruleo*. C. B.
1. Anagallis phœnicea *fol.* amplior. *ex adverso quaternis.* R. S.
2. Anagallis cærulea *foliis binis ternisve* ex adverso nascentibus T.
OPHRYDE *bifolia.*
1. Ophris *trifolia.* C. B.

Caulis earum plantarum, quæ folia opposita gerunt, communiter tetragonus est; si in his multiplicantur folia & terna evadunt, etiam caulis anguli multiplicantur & sex prodibunt.

DIGITATA folia in certis plantarum familiis sæpius, addendo unitatem folioli, variant. e. gr.
TRIFOLIUM *pratense album.* C. B.
1. Trifolium *quadrifolium* hortense album. C. B.

312. Morbosas *plantas vel etiam plantarum* ætates *inter varietates numerare sæpius superfluum est.*

Vix nomine tangam istos, qui cum plantam obtinuerint, in loco ubi crescat, sterilem, vel macram, & miseram, mox novam proclamarunt speciem, cum in utroque regno, tam in animali, quam vegetabili quotidiana docent observata has notas nullius momenti, quoad dignotionem, esse.

Plurima animalia in vivariis custodità sterilia persistunt; omne vivum, proin & plantæ omnes morbis obnoxiæ sunt; ætas ipsa senilis utrisque morbus.

Sunt plantæ variæ, quæ primo anno enatæ, nec caulem, nec flores producunt: altero vero & insequenti anno faciem mutant, caulem exserunt, flores fructusque promunt.

Cum ANNIS *mutabiles.*

Onosma *Diosc. Matth.*
Hedera. vide *Fl. lapp.* §. 91. ζ.
1. Hedera humi repens. *C. B.*
2. Hedera major sterilis *C. B.*
3. Hedera arborea. *C. B.*
Ranunculus. *Fl. lapp.* §. 232.
Ranunculus pygmæus. *Fl lapp.* ibid. γ.

MORBOSÆ PLANTÆ RECEPTÆ.

α. Uſtilagine tactæ.

Uſtilago hordei. *C. B.*
Uſtilago avenæ. *C. B.*
Scorzonera pulveriflora. *H. R. P.*

β. Clavis laborant ſæpius Gramineæ, uti

Secale. vide Langium de uſu Clavorum Secalinorum. Lucern. 1717.
Carices.

γ. Eryſibe ſæpius graſſatur in

Lupulo.
Galeopſide.

δ. Rubigo, ochræ ad-inſtar, foliorum ſupinæ parti adhæret in

Alchimilla caule & foliis erectis, ſubtus pulvere aſperſis.
Rubo ſaxatili, caule erecto, foliis pulvere obſitis.

ε. Rubedine tactæ.

Eſula degener. *Riv.*
Tithymalus cypariſſias, foliis punctis croceis notatis *T.*

ζ. Inſectorum nida admittentes.

Hieracium myophyron. *Heuch.*
——— contortuplicatum & ſtrumoſum. *Bart.*
Salix roſea. *Ger. Park.*
Pinus pumila excrementis feta. *Cluſ.*
Quercus, Populus, Roſa, Ceraſtium, &c.

313. Color *corollæ præſertim in* cæruleis rubriſque *petalis, facillime variat.*

Nulla Varietas a Botanicis promtius obſervatur, quam quæ a colore corollæ (ipſis *Floris*) deſumitur. Quam pauci & fere nihili colorem fecerit natura in floribus, hac Theſi de-

monstrare volui, desumto exemplo a plantis corolla rubra vel cærulea superbientibus.

Adspicite Botanophili flores omnes purpureos, videbitis eos, quamprimum erumpunt, saturatissimo sanguineo colore tinctos, at per diem unum alterumve soli expositos continuo pallescere, & gradu imperceptibili in cæruleos transire & deficere; deficientes hos flores aspergite acido quocunque, & recuperabitis colorem rubrum pristinum.

Hinc patet ex physicis

Cur *Flores Rubri* in umbra saturatiores.

Cur *Baccæ Rubræ* in umbra saturatiori rubedine tinctæ sint, & acidiores.

Cur *Baccæ albæ*, ejusdem speciei cum rubris, dulciores.

Cur *Baccæ Rubræ* Solis radios diuturnos qui exceperunt, dulciores sint.

Cur *Baccæ plantarum in paludibus nascentes* acidiores, in siccis dulciores.

314. Locus aquosus *folia inferiora*, montosus *autem superiora sæpius findit.*

Sic docent observata in plurimis plantis aquaticis & montosis, inter se collatis; non tamen pro fundamento assumenda est regula hæc, ne inde concludantur opposita, quod scilicet omnes plantæ, quarum folia radicalia tenuia, sint aquaticæ; vel omnes, quarum folia radicalia latiora, pratenses, licet sæpius hoc contingat, exceptionem tamen admittit sæpe e. gr. In *Nasturtio sylvestri, osyridis folio.* C. B. in *Nasturtio orientali foliis inferioribus millefolium, superioribus perfoliatam referentibus* T. &c. quæ in locis, præsertim prior, solummodo aridissimis, proveniunt.

Plantæ plurimæ mere aquaticæ sub aqua folia solum capillacea multifida exerunt, supra aquæ superficiem mox lata & magis integra producunt: immo hæ, si in horto umbroso serantur studiose, omnia fere ista capillaria folia deponunt, solumque superioribus, magisque integris ornantur. Docent hoc sequentia. e. gr.

Sium latifolium C. B.
Cicuta aquatica Gesneri. I. B.
Raphanus aquaticus, foliis in profundas lacinias divisis. C. B.
Oenanthe aquatica. C. B.

Phellandrium. Dod.
Ranunculus aquaticus, folio rotundo & capillaceo C. B.

Contra, Plantæ pratenſes, campeſtres, montanæ, & fere omnes, quæ in ſicco degunt, ſuperiora folia anguſtiora producunt, idque eo magis, quo magis arenoſa ſit terra matrix; idque minus, quo ſucculentior terra. e. gr.

Pimpinella Saxifraga major & minor. C. B.
Apium hortenſe ſeu Petroſelinum vulgo. C. B.
Aniſum herbariis, ſemine majore & minore. C. B.

Hinc plantæ, diu in locis ſiccis ſervatæ, tenuifoliæ evadunt.

Sphondylium.
Perſicaria.
Naſturtium.
Alyſſon.
Alaternus.

Hinc plantæ latifoliæ in ſolo ſpongioſo fertiliſſimo prægnanti diu cultæ, criſpis foliis evaſere, varietateſque diſtinctæ, dum folia ſatis expandi alio modo potuerint nullo. Hinc *Lactuca*, *Sphondylium*, *Cichorium*, *Eryngium*, *Naſturtium*, *Braſſica*, *Tanacetum*, *Matricaria*, &c. CRISPÆ.

315. *Planta naturalis, nomine* varietatibus oppoſito, notari *non debet.*

Si prout Botanicus Varietatem nominare tenear, fiat iſta nominatio ſano ſenſu, & verbis dignis, quæ exprimunt variantem partem, alias nomen meum nil eſt niſi vox, prætereaque nihil, adeoque eadem in varietatibus methodo abſolute producendum ac in denominatione ſpecierum demonſtratum fuit, paucis exceptis.

In *nomine ſpecifico* debet unaquæque ſpecies in differentia iſta tenere verba, iſtas notas, quibus neceſſario a reliquis diſtinguatur; at in *Varietatibus* non item; hic enim ſpecies naturalis, ſeu quæ mutata non eſt, vel non variat, debet ſuum nomen ſpecificum intactum prorſus tenere, abſque ulla additione varietatis. Nec debet unica varietas ſpeciei in nomine notas tenere, quibus ab aliis varietatibus ſeparetur, ſed

propriam suam calamitatem, propria vitia sustinere. e gr.

1. *Delphinium* caule subdiviso (*corollis cæruleis simplicibus*).
2. ——— caule subdiviso *corollis rubris* (*simplicibus*).
3. ——— caule subdiviso *corollis albis* (*simplicibus*)
4. ——— caule subdiviso *corollis plenis* (*cæruleis*).
5. ——— caule subdiviso *corollis plenis rubris.*
6. ——— caule subdiviso *corollis plenis albis.*

Ergo in 1. nulla fiat in nomine mentio *corollæ simplicis* & *cæruleæ*, cum omnis planta ejusdem speciei, si naturalis sit, ejusmodi corollas gerat.

In 2. corolla *rubra* describitur, cum eo colore solum a naturali (1) discedat.

In 3. pari modo, solo colore *albo* a sua naturali (1) recedat.

In 4. non addatur color, cum color nil variet, sed sola mentio *plenitudinis* fiat, qua sola a naturali (1) differt.

At in 5. & 6. addatur *plenitudini color*, quibus recedunt a prima; sic & in reliquis.

316. Cultura *tot varietatum mater, optima quoque varietatum examinatrix est.*

Cultura plurium, ne dicam infinitarum, Varietatum mater est; hinc si solo fertilissimo committantur semina & radices plantarum sylvestrium, mirum quantum staturam, faciem, flores mutent; aliæ tum luxuriant foliis, aliæ floribus, aliæ fructu. Horticultura docuit mille modis *flores* majores, formosiores, plenos, variegatos; *fructus* majores, sapidiores, gratioresque producere; in his semper videmus aliquem defectum: in *floribus* circa genitalia; in *fructibus* majoribus sæpius circa semina; hinc fertiliores semper sylvestres & parvæ plantæ.

Si terræ sterili, & minus succulentæ, committantur hæ per culturam exaltatæ plantæ, recedunt a genio isto, quem in hortis assumserunt, & minores factæ naturales evadunt & fecundiores. Plantas rarissimas in hybernaculis calidis summo studio fovemus, ubi foliis superbiunt, floresque tum rarius producunt: at in terra steriliori, aëre subaperto, minores evadunt & fecundiores. *Amaranthus Cristatus* in hortis semper luxuriat, nec naturalis videri potest planta, nisi in terra exsucca

exſucca excreſcere permittatur; ubi parva, miſerrimam diceres, nullo modo variat, ſimpliciſſimaſque ſpicas & ramos naturales promit.

Adeoque omnes flores luxuriantes terræ ſteriliſſimæ per aliquot annos concedantur, ſi naturales examinare deſiderium quem teneat.

Nullus ſanus hoc tempore fidem adhibet Veterum ſententiæ, qui perſuaſi erant plantas in ſterili terra degenerare; TRITICUM in *Hordeum*; HORDEUM in *Avenam*, &c. transformari in ſterili agro. Qui ſtructuram plantarum mirificam conſiderat, qui flores fructuſque tanto artificio productos & diverſos aſpexerit, qui autopticis experimentis & propriis majorem adhibuerit fidem, quam credulæ authoritati, aliter ſentiet.

Credidere anteceſſores nullum experimentum facilius detecturum varietates, quam ſi ſemina terræ mandarentur, quæ ſi plantam conſimilem producerent, potuit nullo modo non eſſe diſtincta ſpecies; hoc interdum ſit, attamen non ſemper. e. gr. Quis neget Æthiopem eſſe ejuſdem ſpeciei ac nos homines; tamen Ætiops nigros proceat infantes, in noſtra terra. Vendunt & Hortulani ſemina varietatum, quæ producunt conſimiles varietates, ni longa die ſerantur in aliena terra.

317. Varietates *qui ad ſpecies ſuas redigit non minora præſtat, quam qui ſpecies ad propria genera amandavit.*

Cum Botanica hoc die tot, tamque infinitis onerata eſt varietatibus, ut varietatum numerus, ni fallar valde, duplo ad minimum ſuperet naturalem calculum, eum dixi plurimum præſtitiſſe, qui varietates ad ſuas ſpecies amandaret.

Facilius eſſe diſtinguere pauca, quam plura, nullus mihi negabit: proin, ſi varietates ſub ſuis ſpeciebus, ut ſpecies ſub generibus collocatæ eſſent, facilis Botanico eſſet labor, qui nunc dirus ferme dicendus. Quæ alias ſufficiat memoria? Quæ plantarum hiſtoria?

Incipiamus tandem, licet cum periculo: ſero enim incepimus; incepit *Vaillantius* ante viginti circiter annos, qui, quod doleo, ſectatores in hac adeo ſana parte habuit nullos. Succurramus itaque, dum tempus ſit, & aſſumamus pro principio, *minus erroneum eſſe duas diſtinctas ſpecies combinare, quam unam duplicare.* Si erramus, facile erit ei, qui nobis demonſtret errorem, quod dum faciet & ſimul differentiam

propriam ſuam calamitatem, propria vitia ſuſtinere. e gr.

1. *Delphinium* caule ſubdiviſo (*corollis cæruleis ſimplicibus*).
2. ———— caule ſubdiviſo *corollis rubris* (*ſimplicibus*).
3. ———— caule ſubdiviſo *corollis albis* (*ſimplicibus*)
4. ———— caule ſubdiviſo *corollis plenis* (*cæruleis*).
5. ———— caule ſubdiviſo *corollis plenis rubris*.
6. ———— caule ſubdiviſo *corollis plenis albis*.

Ergo in 1. nulla fiat in nomine mentio *corollæ ſimplicis* & *cæruleæ*, cum omnis planta ejuſdem ſpeciei, ſi naturalis ſit, ejuſmodi corollas gerat.

In 2. corolla *rubra* deſcribitur, cum eo colore ſolum a naturali (1) diſcedat.

In 3. pari modo, ſolo colore *albo* a ſua naturali (1) recedat.

In 4. non addatur color, cum color nil variet, ſed ſola mentio *plenitudinis* fiat, qua ſola a naturali (1) differt.

At in 5. & 6. addatur *plenitudini color*, quibus recedunt a prima; ſic & in reliquis.

316. Cultura *tot varietatum mater, optima quoque varietatum examinatrix eſt.*

Cultura plurium, ne dicam infinitarum, Varietatum mater eſt; hinc ſi ſolo fertiliſſimo committantur ſemina & radices plantarum ſylveſtrium, mirum quantum ſtaturam, faciem, flores mutent; aliæ tum luxuriant foliis, aliæ floribus, aliæ fructu. Horticultura docuit mille modis *flores* majores, formoſiores, plenos, variegatos; *fructus* majores, ſapidiores, gratioreſque producere; in his ſemper videmus aliquem defectum: in *floribus* circa genitalia; in *fructibus* majoribus ſæpius circa ſemina; hinc fertiliores ſemper ſylveſtres & parvæ plantæ.

Si terræ ſterili, & minus ſucculentæ, committantur hæ per culturam exaltatæ plantæ, recedunt a genio iſto, quem in hortis aſſumſerunt, & minores factæ naturales evadunt & fecundiores. Plantas rariſſimas in hybernaculis calidis ſummo ſtudio fovemus, ubi foliis ſuperbiunt, floreſque tum rarius producunt: at in terra ſteriliori, aëre ſubaperto, minores evadunt & fecundiores. *Amaranthus Criſtatus* in hortis ſemper luxuriat, nec naturalis videri poteſt planta, niſi in terra exſucca

exfucca excrefcere permittatur; ubi parva, miferrimam dicetes, nullo modo variat, fimpliciffimafque fpicas & ramos naturales promit.

Adeoque omnes flores luxuriantes terræ fteriliffimæ per aliquot annos concedantur, fi naturales examinare defiderium quem teneat.

Nullus fanus hoc tempore fidem adhibet Veterum fententiæ, qui perfuafi erant plantas in fterili terra degenerare; TRITICUM in *Hordeum*; HORDEUM in *Avenam*, &c. transformari in fterili agro. Qui ftructuram plantarum mirificam confiderat, qui flores fructufque tanto artificio productos & diverfos afpexerit, qui autopticis experimentis & propriis majorem adhibuerit fidem, quam credulæ authoritati, aliter fentiet.

Credidere anteceffores nullum experimentum facilius detecturum varietates, quam fi femina terræ mandarentur, quæ fi plantam confimilem producerent, potuit nullo modo non effe diftincta fpecies; hoc interdum fit, attamen non femper. e. gr. Quis neget Æthiopem effe ejufdem fpeciei ac nos homines; tamen Ætiops nigros proceat infantes, in noftra terra. Vendunt & Hortulani femina varietatum, quæ producunt confimiles varietates, ni longa die ferantur in aliena terra.


317. Varietates *qui ad fpecies fuas redigit non minora præftat, quam qui fpecies ad propria genera amandavit.*

Cum Botanica hoc die tot, tamque infinitis onerata eft varietatibus, ut varietatum numerus, ni fallar valde, duplo ad minimum fuperet naturalem calculum, eum dixi plurimum præftitiffe, qui varietates ad fuas fpecies amandaret.

Facilius effe diftinguere pauca, quam plura, nullus mihi negabit: proin, fi varietates fub fuis fpeciebus, ut fpecies fub generibus collocatæ effent, facilis Botanico effet labor, qui nunc dirus ferme dicendus. Quæ alias fufficiat memoria? Quæ plantarum hiftoria?

Incipiamus tandem, licet cum periculo: fero enim incepimus; incepit *Vaillantius* ante viginti circiter annos, qui, quod doleo, fectatores in hac adeo fana parte habuit nullos. Succurramus itaque, dum tempus fit, & affumamus pro principio, *minus erroneum effe duas diftinctas fpecies combinare, quam unam duplicare.* Si erramus, facile erit ei, qui nobis demonftret errorem, quod dum faciet & fimul differentiam

detegit, quæ lateret alias diutiſſime; Nulla enim ratione video, cur majori vitio alicui vertatur, quod ſpecies duas combinaverit, quam ſi ex unica duas diſtinctas fecerit; error utroque modo eſt: credo priorem tamen potius eſſe condonandum; pono enim Virum ſanum nullam noſſe plantam, plantas tamen addiſcere in animo habere; ejus prima lex erit, ſi felix evadat Botanicus, primum omnes plantas pro eadem ſpecie habere; aſſumtas diſtinguere ſecundum differentias inſcriptas in plures, uſque dum diverſas omnes abſolverit.. Quod ſi vero hic idem contrariam incedat methodum, ſtatuatque omnia individua totidem diverſas eſſe ſpecies, ſimileſque dein conjungat, uſque dum pervenerit ad ſpecies, ſero bonus evadet Botanicus, & infinitis expoſitus periculis.



NOMINA

SYNONYMA.

318. *Synonyma funt diverfa Phytologorum nomina eidem plantæ impofita, eaque* Generica, Specifica & Variantia.

VARIAS fubiit epochas fcientia Botanices, dum in fingula viguit appropriata difciplinæ lex.

α. Prima *Patrum*, in Botanicis, cura videtur maxime confiftere in fuperficiali plantarum Hiftoria, & in inquifitione virtutum medicatarum ac œconomicarum.

β. *Commentatorum* Epocha præprimis verfabatur in explicandis Patrum quafi deperditis plantis, earumque nominibus, dum plantas fibi notas ad Veterum defcriptiones reducere ftudebant.

γ. Hanc excepit *Defcriptorum* Epocha, quæ fuperficiali defcriptione plantarum, earumque diligenti incifione, & delineatione contenta erat.

δ. Diffenfus tandem Auctorum confufionem peperiffet fummam, ni *C. Bauhinus* quadraginta annorum labore hos extricaffet nodos.

ε. Succeffit *Coriofororum* Epocha, quæ quidquid rari in Botanicis filentio involvit præterita ætas, ftudiofe inquifivit, & ex peregrino orbe, Africa, America, & India de die in diem aliquid novi in medium produxit.

ζ. Subiit tandem *Syftematicorum* Epocha, circa genera & claffes, quæ perfiftebat.

Nunc iterum rediit ætas *ante-Bauhiniana*, in qua aliquis vix quid fingulare creditur præftitiffe, qui non Synonyma indigitaverit, licet hæc fæpe magis abfurda, quam utilia vel neceffaria: fperamus meliora tempora propediem, edito PHYTOPINACE SHERARDIANO per Clariff. DILLENIUM, ut fparta abfoluta ad alia objecta animos vertant Botanici. Tanta enim hoc tempore viget Synonymia auctoritate, ut ii

plures quis *delinearet* novas plantas quam PLUKENETIUS; ſi quis plures *deſcriberet* quam RHEEDE; ſi quis plures *inveniret* quam PLUMIER; ſi quis plures *digereret* in ordinem quam TOURNEFORTIUS; ſi quis *oculatior* eſſet MICHELIO, vel *accuratior* VAILLANTIO, ſine Synonymia in Botanicis nullus eſſet; immo ſi circa unum alterumve Synonymum imperfecte propoſitum hæſitaret, indignus quaſi æſtimaretur Botanicus. O tempora! O mores!

Synonyma triplicia ſunt: Generica, ſpecifica, & variantia. *Generum* Synonyma allegare vix more receptum fuit ab ullo, in poſterum erit; *Specierum* vero ab omnibus; quæ ſummæ ſunt utilitatis; *Varietatum* autem a recentioribus, quæ difficillima omnium, & minus neceſſaria, ac vix utilia.

Synonyma Specifica maxime neceſſaria ſunt, ut ſciamus

1. Quibus Autoribus viſa & dicta fuerit planta.
2. Quo nomine a diverſis Autoribus nominata ſit.
3. Ut uno invento reperiantur alia omnia data nomina.
4. Adeoque quicunque Autor ad manus ſit, evolvi poteſt.
5. Et perlectis omnibus, quis attentiſſime hanc delinearit, ſciant.
6. Adeoque omnia, quæ de planta ſcripta ſunt, mihi aperta erunt.
7. Nec credam tot diverſa nomina totidem plantas indicaſſe.

Ergo ſummus ex hiſce uſus, & Synonymorum omnium collectores ſummam utilitatem publico præſtiterunt.

319. Agmen *Synonymon optimum ducat*, *quale ſit ſelectum quoddam*, *vel ipſius* Autoris *nomen*.

Cum Synonyma plantarum varia proponemus ejuſdem ſpeciei, neceſſe eſt, ut primus locus concedatur Synonymo optimo, cum hoc dein Autori adſcribatur tanquam proprium, ubicunque allegatur hæc vel illa, apud eum, planta, adeoque maxime circumſpiciendum cuinam nomini prærogativam hanc concedamus: de reliquis ſuccedentibus non item, debent enim iſta ſecundum nomina generica diſponi.

Si nullum ex Synonymis ſatis adpropriatum plantæ judicetur, novum componere cogit neceſſitas, hocque tum locum primum inter Synonyma occupet, cum præſupponatur reliquis perfectius, præſertim ab Autore ipſo, qui nomen confecerit; Tum etiam facilius nomen lectorum in oculos incurrit, &

allegatum ab alio reperitur facilius, quam si postponatur. e. gr. *Bromelius* in Chloride Gothica:

ALSINE minor *Fuchs. Lon. Tab.* minor. *Rudb.* minor multicaulis. *C. B.* Morsus gallinæ minor *Brunsf.* species 4. *Trag.* Alsine vulgatissima *Nostra.*

in his debuisset *Alsine vulgatissima* Nostra i. e. autoris præcedere, reliqua sequi; sic & in aliis.

Nova nomina conficere absurdum censetur apud Doctiores Botanicos, cum nominum copia ante sat sufficiens sit; & certe horreo videre librum Botanicum nominibus propriis absque synonymis, descriptionibus, & figuris, solis qui contentus sit novis nominibus, quæ neque genera, neque species congeneres respiciunt, nec scio, qua ratione talis autor Botanici nomen promereat; si quis etiam novum nomen componit (ni ex nomine generico novo coactus) nec in differentia notam aliquam specialem adducit, melius fecisset, si tacuisset. Tamen non inducor, quod credam Botanicos se abstinere debere a novis, dum meliora tentent, cum in his tandem essentialis specierum nota quærenda esset. Doleo dum quadraginta Synonyma perlego diversorum autorum, quod nec in his omnibus unam alteramve dignam notam specificam excerpere queam, vel veram, & constantem.

320. *Synonyma eadem conjungantur.*

Synonyma variis modis disponi possunt, vel secundum ætatem, vel nominum ordinem. Si secundum ætatem (licet usum ipsis non negem maximum) disponantur, difficilius a lectore reperiuntur. Mihi placeret, si Synonyma generica analytice, specifica autem synthetice proponerentur: necesse enim est, ut nomen selectum præcedat, ergo & genericum dignum; adeoque communiter fit, ut in genericis Synonyma Recentiorum præcedant, stabilita per Charecteres, Veterum autem sequantur; at Specifica contrario modo, ut Veterum (ni perfecta magis Recentiorum) præcedant, Recentiorum vero sequantur; in Exemplis α. Synonyma secundum ætatem singulorum propono, ubi miscentur Nomina Generica; in Exemplis β. vero secundum Nomina Generica eadem dispofui Synonyma, ut collatis inter se duabus hisce methodis elucescat cuique, quænam harum aptior sit dicenda.

Obſervandum in Synonymia ſemper, ut proxima ſibi invicem ſint iſta Synonyma, quæ eodem nomine generico conveniunt; hinc male propoſita ſunt Synonyma in lit. α. recte vero in lit. β.

α. Synonyma ſecundum Chronologiam.

CHAMÆPERICLYMENUM. *Cluſ. pan.*
Periclymenum minus. *Tabern. hiſt.*
Chamæpericlymenum. *Ger. hiſt. Cluſ. hiſt. Park. theatr. Raj. hiſt.*
Chamæpericlymenum tenerius aliud. *Cluſ. hiſt.*
Periclymenum humile. *Bauh. pin.*
Periclymenum humile norvegicum. *Bauh. pin. Buxb. act.*
Periclymenum parvum prutenicum Cluſii. *Bauh. hiſt. Chabr. ſciagr.*
Alſine baccifera Suecorum. Frank. ſpec. *Rudb. hort. Brom. goth.*
Periclymenum humile, flore flori innato. *Bart. act.*
Periclymenum humile, flore ſupra florem. *Kyll. dan.*
Periclymenum humile, fructu rubro minore. *Munt. cult.*
Periclymeno accedens planta monanthos noſtras. *Moriſ. hiſt.*
Herba paris, flore magno, polycoccos edulis. *Rudb. itin.*
Alſine baccifera. *Lind. wiks.*
Meſomora alba, baccis in corymbo rubris. *Rudb. act.*
Cornus pumila herbacea, Chamæpericlymenum dicta. *Dill. elth.*
Cornus herbacea. *Fl. lapp.*

β. Synonyma ſecundum nomina generica.

CORNUS herbacea. *Fl. lapp.*
Cornus pumila herbacea, Chamæpericlymenum dicta *Dill. elth.*
Meſomora alba, baccis in corymbo rubris. *Rudb. act.*
Herba paris, flore magno, polycoccos edulis. *Rudb. itin.*
Periclymeno accedens planta monanthos noſtras. *Moriſ. hiſt.*
Chamæpericlymenum. *Cluſ. pan. Ger. hiſt. Cluſ. hiſt. Park. theatr. Raj. hiſt.*
Chamæpericlymenum tenerius aliud. *Cluſ. hiſt.*
Periclymenum minus. *Tabern. hiſt.*
Periclymenum parvum prutenicum Cluſii. *Bauh. hiſt. Chabr. ſciagr.*
Periclymenum humile norvegicum. *Bauh. pin. Buxb. act.*

Periclymenum humile, flore flori innato. *Bart. act.*
Periclymenum humile, flore ſupra florem. *Kyll. dan.*
Periclymenum humile, fructu rubro minore. *Munt. cult.*
Alſine baccifera. *Lind. wiks.*
Alſine baccifera Suecorum. *Frank. ſpec. Rudb. hort.*

321. *Synonyma ſingula* novam *ordiantur* lineam.

Variis modis proponi ſolent Synonyma; Attamen ad quatuor γ. δ. ε. ζ. referri poſſunt facile omnia.

Primus modus fit per innovationem lineæ in ſingulo Synonymo: hocque dupliciter, vel cum integra Synonyma proponuntur ubique, uti §. 320. β. vel cum prima verba, ſi coincidant cum ſuperiori nomine, excluduntur, uti lit. γ. videre eſt. Sic *Bauh. pin.*

Secundus modus fit, cum Synonyma continuata ſerie proponuntur integra, uti lit. δ. Sic *Rupp. jen. Sloan. jamaic. Pluk. alm.*

Tertius modus, cum nomina generica excluduntur in Synonymis inſequentibus, ubi cum antecedenti eadem ſunt, uti lit. ε. Sic *Dill. giſſ.*

Quartus modus, cum continuata ſeries nominum proponitur, ſed parentheſis, quando admitti queat, aliquot verba deglutit, ne prædicta verba, in novo Synonymo, iterum recenſionem requirerent, uti lit. ζ. Sic *Bromel. goth.*

Nobis præſertim arridet prima methodus (β. γ.) ubi diſtincte ſeſe offerunt nomina generica, & quæſita facile occurrunt, niſi vitio verteretur hic modus, quod ſpatia nimis multa vacua chartæ concedat. Modus quartus autem reliquis omnibus inferior eſt (licet omnibus compendioſior) cum facillime confundat lectorem.

γ. *Synonyma per lineas innovatas.*

CORNUS herbacea. *Fl. lapp.*
———— pumila herbacea, Chamæpericlymenum dicta. *Dill. elth.*
Meſomora alba, baccis in corymbo rubris. *Rudb. act.*
Herba paris, flore magno, polycoccos edulis. *Rudb. itin.*
Chamæpericlymenum. *Cluſ. pan.*
———————— tenerius aliud. *Cluſ. hiſt.*

Periclymenum parvum prutenicum Clusii. *Bauh. hist.*
——————— humile norvegicum. *Bauh. pin.*
————————————— flore flori innato. *Bart. act.*
———————————————— supra florem. *Kyll. dan.*
————————————— fructu rubro minore. *Munt.*
Alsine baccifera. *Lind. wiks.*
—————————— Suecorum. *Rudb. hort.*

δ. Synonyma per seriem continuam.

CORNUS herbacea. *Fl. lapp.* Cornus pumila herbacea, Chamæpericlymenum dicta. *Dill. elth.* Mesomora alba, baccis in corymbo rubris. *Rudb. act.* Herba paris, flore magno, polycoccos edulis. *Rudb. itin.* Chamæpericlymenum *Clus. pan.* Chamæpericlymenum tenerius aliud. *Clus. hist.* Periclymenum parvum prutenicum Clusii. *Bauh. hist.* Periclymenum humile norvegicum. *Bauh. pin.* Periclymenum humile, flore flori innato. *Bart. act.* Periclymenum humile, flore supra florem. *Kyll. dan.* Periclymenum humile, fructu rubro minore. *Munt. cult.* Alsine baccifera. *Lind. wiks.* Alsine baccifera Suecorum. *Rudb. hort.*

ε. Synonyma per exclusionem nominis generici insequentis.

CORNUS herbacea. *Fl. lapp.* pumila herbacea, Chamæpericlymenum dicta. *Dill. elth.* Mesomora alba, baccis in corymbo rubris. *Rudb. act.* Herba paris, flore magno, polycoccos edulis. *Rudb. itin.* Chamæpericlymenum. *Clus. pan.* tenerius aliud. *Clus. hist.* Periclymenum parvum prutenicum Clusii. *Bauh. hist.* humile norvegicum. *Bauh. pin.* humile, flore flori innato. *Bart. act.* humile, flore supra florem. *Kyll. dan.* humile, fructu rubro minore. *Munt. cult.* Alsine baccifera. *Lind. wiks.* baccifera Suecorum. *Rubd. hort.*

ζ. Synonyma per abbreviationem cum parenthesi.

CORNUS (herbacea *Fl. lapp.*) pumila herbacea, Chamæpericlymenum dicta. *Dill. elth.* Mesomora alba, baccis in corymbo rubris. *Rudb. act.* Herba paris, flore magno, polycoccos edulis. *Rudb. itin.* Chamæpericlymenum (*Clus. pan.*) tenerius aliud. *Clus. hist.* Periclymenum parvum prutenicum Clusii. *Bauh. hist.* Periclymenum humile (norve-

gicum *Bauh. pin.*) flore (flori innato *Bart. act.*) ſupra florem. *Kyll. dan.* Periclymenum humile, fructu rubro minore. *Munt. cult.* Alſine baccifera (*Lind. wikſ.*) Suecorum. *Rudb. hort.*

322. *In Synonymis Autor, & Liber cum pagina ad finem ubique indicandi ſunt.*

Cum primarius Botanicorum labor hoc ævo conſiſtat in corradendis Synonymis, non ſatis mirari queo, tam paucos artem allegandi Authoritates ſuas tenuiſſe.

Debet enim in omni citatione nomen AUTORIS abbreviatum tradi, ut *genus*, LIBRI vero dein ut *ſpecies*, cum idem Autor pluribus ſæpe inclareſcit operibus.

Si enim allegat quis Autorem abſque mentione operis, hæreo & hærent alii, quem librum intellexerit, e. gr. PLUMIERUM: utrum ejus *Genera*, vel *Species*, vel *Plantar. deſcriptiones*, vel *Filices*. Sic nec quidem Autorem demortuum, opere unico modo clarum, abſque mentione Libri nominare conſultum duco, cum facile oriatur alter, qui tandem inclareſcit, eodem gaudens nomine. Exempla proſtant in *Geſneris*, *Ammannis*, *Knautiis*, *Bauhinis*, *Rudbeckiis*, *Hofmannis*, *Beſleris*, *Volckameris*, *Camerariis*, *Commelinis*, *Cordis*, *Hermannis*, *Horſtiis*, *Juſſieuis*, *Magnoliis*, *Mylleris*, *Scheuchzeris*, *Triumfettis*, aliiſque.

Si vero Nomen Specificum abſque generico, Nomenque libri abſque Autore proponatur, major adhuc obſcuritas oritur. e. gr. allego *Hortum Lugduno-Batavum*, nec Autorem addo, quis tum ſcit, num velim *Vorſtii*, *Schuyli*, *Hermanni*, *Boerhaavii* vel alterius: tamen major inter hos intercedit differentia, quam inter diem & noctem.

Quid magis receptum quam *Hortum Elthamenſem*, *Catalogum Giſſenſem*, *Floram Jenenſem*, *Hiſtoriam Oxonienſem*, *Inſtitutiones R. Herbariæ* dicere; quod ſi poſt decennium ſcribat quis alium Catalogum Giſſenſem, aliam Floram Jenenſem, alias Inſtitutiones R. H., tum poſt viginti annos, qui leget libros, prædictas citationes admittentes, hærebit dubius, nec ſe facile expediet.

Cum proprium ſuum nomen allegare minus uſu receptum ſit, minuſque decorum & civile ducatur, ſoliti erant Autores ſolum nomen libri ſui indicare e. gr. Dillenius dum *Catalogum* ſuum *Giſſenſem* indicaret, *C. G.* ſcripſit, vel *R. S.* h.

Raji Synopſin a ſe editam; vel *Hort. eltham.* ſed nulla inde Authoritas aliis Botanicis imponit eodem modo notare librum: debent enim hi *Dillen. elth. Dill. giſſenſ. Dill. gener.* indicare, & ſic in aliis, ut Autoribus fiat juſta memoria, juſtus honos. Credo tamen maximam partem Autorum excluſiſſe nomina Botanicorum invidiæ cauſa; ut exempla docuere non ſemel.

Audivi a teneris *Hortum Maurocenum*, *Hortum Beaumontianum*, nec licet diu inquiſiverim, quis hunc vel illum Hortum ſcripſerit, inveſtigare potui, antequam librum ipſum obtinuerim. Hinc ego *Tilli Maurocen. Kiggelarii Beaumont.* allego.

Debet & liber unico vocabulo proponi abbreviate, hinc *Sloan. hiſtor.* mihi dicitur *Sloan. flora*, cum catalogus mihi indignum ſit nomen Floræ, quæ majorem expoſcit curam, quam ſimplex catalogus.

Cum Botanicus quivis ſuum nomen in frontiſpicio ponat, vel proprium nulla authoritate defendat, facile diſtinguitur hoc per ſe ab aliis; hinc non opus eſt addere iſtud receptum *nobis*, *Nobis*, quod mihi valde abſurdum videtur; ut vix librum abſque nauſea perlegam, cujus Autor eſt NOBIS; &, ni fallor, obſervavi ſæpius iſtos, qui ubique iſtud *Nobis* ſuis addidere nominibus, parum vanos fuiſſe.

Paginas adſcribimus, ut facilius a lectore reperiatur planta, ſed præcipue, ut lector videat nos evolviſſe loca allegata, & contuliſſe plantas. Veteres, qui hoc non obſervarunt, ſæpe Synonyma nunquam data adpoſuere. e. gr. *Arum paluſtre.* Tillandſ. *Genitale monachorum; Serpentaria minor.* Sed quis dixerit iſta Synonyma, quæ allegata ſunt ab Autore?

323. *In Completo Synonymorum cohorte* Inventorem *notula ſ. aſteriſco notare placet.*

Doleo quod nullus Botanicorum adhucdum cogitaverit de Chronologia plantarum, & quod nullus hiſtoriam inventorum in Botanicis dederit; certe, me judice, gratiſſimum opus præſtaret orbi literato, qui plantas recenſeret ſecundum tempora, quibus inventæ fuere ſingulæ, & a quibus detectæ.

Hoc facillimo negotio fieret a Cel. *Dillenio*, quod publice exoro, qui manum ultimam Phytopinaci Sherardiano imponit, ſi modo notulam quandam, vel aſteriſcum adderet poſt citationem iſtius Autoris, a quo inventa, vel detecta fuit pri-

mitus species unaquæque. Si autem ipsi hoc opus molestum nimis foret, nec ipsi hoc tempus concederet, spero alium oriturum curiosum Botanicum, qui id absoluto pinaci adderet. Si enim hoc datum esset, cuique Botanico, qui Historiam Botanicam, Chronologiam Autorum, eorum vitam sibi haberet perspectam, mox sciret, in quibus libris frustra quæreret plantam, scilicet in iis, qui prodiere ante prædictum inventoris librum, &c.

Dein Floras speciales dum scriberent autores, inventorem allegarent præcipue, cum communiter fiat, quod inventor attentius & accuratius delinearit plantam, quam insequentes Botanici; & præter inventorem si ichnographum, & descriptorem, & systematicum aliquem recenserent, sufficerent in Flora simplici Synonyma.

324. *Nomina cujuscunque regionis vel loci* vernacula, *in Synonymorum cohorte superflua sunt.*

In allegandis Synonymis plantarum certæ alicujus regionis, non nego, quin maxima cum utilitate nomina inquilina plantarum recenserentur, ut ipsi vulgo constent Botanicorum nomina, utque longe dissiti Botanici ab inquilinis raram plantam sibi comparare queant. Cum vero regiones sint tam infinitæ; cum in una eademque regione tot tamque diversa nomina ejusdem plantæ; cum in singulo pago, immo in una eademque domo sæpe dissentiant in nominibus earundem plantarum incolæ; cumque solæ plantæ usuales, vel majores, a vulgo nominari soleant, reliquis anonymis habitis; patet cuique, quam difficile, immo & impossibile esset vernacula nomina omnium regionum colligere.

Soliti fuere nostri Botanici in Suecia, dum Floras conficerent, ubi nomina nulla vulgaria prostarent, excogitare & conficere Suecica; nunquam autem hæc ab incolis recepta novi, nec scio, num Botanicus juste nomina incolis circa plantas præscribere queat in lingua vernacula.

Ubi vero Autores ex scriptis clari, nomina inquilina receperint, uti RHEEDE *Malabarica*, KÆMPFERUS *Japonica*, HERNANDEZ *Mexicana*, & MARCGRAVIUS *Brasiliensia*, & hæc dein Synonyma intrent, vellem ista omnia Barbara Synonymorum cohortem clauderent, ultimumque locum capescerent. e. gr.

Canna ſpathulis bifloris.
Canna indica. *Riv. mon.* 164.
Canna indiæ. *Cæſalp. ſyſt.* 420.
Cannacorus latifolius vulgaris. *Tournef. inſt.* 367.
Arundo indica latifolia. *Bauh. pin.* 19.
Meeru. Marcgr. braſil. 4.
Tozcuitlapil. Hern. mexic. 282.
Katu-Bala. Rheed. malac. XI. p. 85. f. 42.
Pukſarna. Herm. Zeylan. 66.
Daun-Taſſibek. Rumph. amboin. 8. 22.

FINIS.

INDEX

NOMINUM IN HOC TRACTATU ALLEGATORUM.

Bonduc,

Philadelphus,

INDICIS NOMINUM FINIS.

EMENDANDA.

PAGINA iv, præf. linea 6 *lege* adanſonii.– p. xj, l. 15 *l.* laudatus. -- p. xxxj, l. 24 *l.* reddidiſſem. -- p. 2, l. 6 *l. Bauhinus.* -- p. 3, l. 31 *l. Acoſta.* -- p. 4, l. 6 *l.* veri. --*idem.* l. 19 *l.* poſuerunt. -- *id.* l. 33 *l.* adde ad finem lineæ 70.-- p. 6, l. 25 *l. Muntingius.* -- p. 7, l. 10 *l.* Moderatè. -- *id.* l. 13, *l.* ſicca. -- *id.* l. 31 *l. Bauhinus.* -- p. 8, l. 12 *l. ſeparatim* Betula nana. -- p. 9, l. 8 *l.* 1638. -- *id.* l. 35 *l.* du. -- p. 10, l. 23 *l.* Canones. -- p. 13, l. 11 *l.* Petaloſa. -- p. 15, l. 13 *l. Halles.* -- *id.* l. 32 *l. Currus.* -- p. 27, l. 17 *l.* 1741. -- p. 28, l. 24 *l.* Platanus. -- p. 30, l. 35 *l.* Hypecoum. -- p. 33, l. 42 *l.* Paſſerina. -- p. 40, l. 17 *l.* B. -- p. 44, l. 7 *l.* inciſuris. -- p. 47, l. 36 *l. Biternatum.* -- p. 49, l. 18 *l.* (non cœlo). -- p. 50, l. 20 *l.* Papilla. -- *id.* l. 23, *l. Bauhinia.* -- p. 51, l. 1, *l.* vix. -- *id.* l. 19 *l. Foliiferæ.* -- p. 56, l. 22 *l.* (1). -- *id.* l. 23 *l.* STIGMA. -- *id.* l. 33 *l.* ſine. -- p. 57, l. 11 *l. Melampyro.* -- *id.* l. 12 *l. Lavandula.* -- *id.* l. 14 *l. Nigella.* -- p. 58, l. 17 *l. Rivinus.* -- *id.* l. 23 *l: Rivinus.* -- p. 59, l. 6 *l.* attento. -- p. 60, l. 10 *l. Filamenta.* -- p. 61, l. 22 *l. Stamina.* -- p. 62, l. 28 *l. Coreopſis.* -- p. 63, l. 12 *l.* Inæqualis. -- *id.* l. 26 *l. Ceraſtii.* -- *id.* l. 28 *l. Locus.* -- p. 64, l. 5 *l.* Figuram. -- p. 65, l. 7 *l.* quoad. -- p. 67 l. 7, *l.* Videndus. -- p. 68, l. 4 *l. Linnæa*, *Limoſella.* -- p. 69, l. 9 *l. Evonimus.* -- *id.* l. 25 *l. Cardioſpermum.* -- *id.* l. 36 *l. Campanula.* -- p. 70, l. 3 *l. Tragia.* -- *id.* l. 19 *l. Cornus.* -- p. 72, l. 36 *l. Malvaceas.* -- p. 73, l. 4 *l.* ſtamina. -- *id.* l. 34 *l. Iſopyrum.* -- *id.* l. 37 *l. Calcarata.* -- p. 74, l. 5 *l. Paſſiflora.* -- *id.* l. 17 *l. Cheiranthus.* -- *id.* l. 20 *l. Cotyledon.* -- *id.* l. 25 *l.* elongato. -- *id.* l. 38 *l. Tormentilla.* -- p. 75, l. 26 *l. Androſæmum.* -- p. 76, l. 14 *l.* multicapſularis. -- p. 77, l. 18 *l. Calla.* -- *id.* l. 35 *l. Echinops.* -- p. 80, l. 9 *l. Triplicatus.* -- p. 81, l. 2 *l.* excludantur. -- *id.* l. 9 *l. Hepatica.* -- *id.* l. 10 *l. Lychnis Coronaria.* -- p. 84, l. 15 *l. Herm.* -- p. 85, l. 17 *l. Sonchus.* -- p. 88, l. 23 *l. Mors.* -- p. 89, l. 18 *l.* ſoli. -- *id.* l. 25 *l.* ſpeciebus. -- *id.* l. 34 *l. Muſcorum.* -- p. 92, l. 25 *l.* CALYX. -- p. 94, l. 20 *l. Thuya.* -- *id.* l. 40 *l. Populus.* -- p. 95, l. 30 *l.* omnes *Monſtra.* -- *id.* l. 40 *l. Caltha.* -- p. 98, l. 3 *l.* Animaculum. -- p. 100, l. 7 *l. Calore.* -- *id.* l. 16 *l.* diverſas. -- p. 101,

Ph. Bot. *


l. 21 *l.* congenerum. -- p. 107, l. 26 *l. Corylus.* -- p. 108, *l.* 26 *l. Icosandriæ.* -- p. 112, l. 29 *l. Mespilus.* -- p. 114, l. 10 *l. squamoso.* -- *id.* l. 11 *l. herbaceo.* -- p. 115, l. 6 *l.* Lathyrus. -- p. 118, l. 33 *l. Pubescentia.* -- p. 119, l. 19 *l.* COLUMNIFERÆ. -- *id.* l. 20 *l. subplicata.* -- p. 121, l. 29 *l.* Campanula. -- *id.* l. 32 *l.* Limonoides. -- p. 122, l. 1 *l.* Stamen. -- *id.* l. 24 *l.* nectariis. -- *id.* l. 36 *l. Laurentiæ.* -- 123, l. 19 *l. Primula.* -- *id.* l. 35 *l. Chrysosplenii.* -- p. 124, l. 11 *l. Arenariæ.* -- *id.* l. 20 *l. americana.* -- *id.* l. 26 *l. Cisti.* -- p. 126, l. 15 *l.* habito. -- p. 127, l. 35 *l. arillatis.* -- *id.* l. 36 *l.* Tragopogon. -- p. 129, l. 21 *l. Sisyrynchium.* -- *id.* l. 31 *l.* factitii. -- p. 131, l. 8 *l.* judicabit. -- *id.* l. 36 *l.* prima. -- p. 132, l. 30 *l. Volselia.* -- *id.* l. 33 *l. hyoidea.* -- p. 133, l. 2 *l. Gene.* -- p. 134, l. 13 *l. Gene.* -- *id.* l. 24 *l.* PETALODES. -- *id.* l. 35 *l.* Malpighi. -- p. 135, l. 25 *l. Ringens.* -- *id.* l. 32 *l.* barbariei. -- *id.* l. 37 *l. Royeni.* -- p. 136, l. 4 *l. Lagoecia.* -- *id.* l. 6 *l. Calligonum.* -- *id.* l. 13 *l. Mesembyantema.* -- *id.* l. 25 *l.* canones. -- *id.* l. 40 *l. Mœhringia.* -- p. 137, l. 23 *l.* Dumosas. -- *id.* l. 32 *l.* longæ. -- p. 138, l. 4 *l.* distinguntur. -- p. 139, l. 24 *l. Dryas.* -- *id.* l. 33 *l. Nissole.* -- p. 141, l. 8 *l.* Antirrhinum. -- *id.* l. 10 *l.* Asarina. -- p. 142, l. 1 *l.* caucalis. -- p. 145, l. 38 *l.* Taraxacoides. -- p. 151, l. 3 *l.* Marcgravia. -- *id.* l. 31 *l. Solanoides.* -- p. 152, *l. Lychni.* -- p. 153, l. 30 *l. Tetrahit.* -- p. 154, l. 4 *l.* phlox. -- *id.* l. 9 *l. Calamaria.* -- p. 155, l. 9 *l.* Volkameria. -- *id.* l. 19 *l.* Æginetia. -- *id.* l. 39 *l.* Coreopsis. -- p. 156, l. 33 *l.* Polianthes. -- *id.* l. 42 *l.* Schœnus. -- p. 159, l. 8 *l. Malus.* -- p. 161, l. 26 l. *Bulbo.* -- p. 162, l. 15 *l. Camphorosma.* -- p. 166, l. 11 *l. Crucianella.* -- *id.* l. 39 *l.* usu. -- p. 168, l. 34 *l.* Uvularia. -- p. 169, l. 9 *l. Mirabilis.* -- *id.* l. 39 *l.* Patagonia. -- p. 171, l. 26 *l. Sherarda.* -- *id.* l. 30 *l.* Lips. -- p. 172, l. 10 *l. Bauhinia.* -- *id.* l. 20 *l. Grisiea.* -- *id.* l. 41 *l. Loeselia.* -- p. 174, l. 32 *l. Dorycnium.* -- p. 175, l. 9 *l. Thuia.* -- *id.* l. 24 *l. Spiræa.* -- *id.* l. 28 *l. Euphrasia.* -- p. 176, l. 25 *l. Caucalis.* -- p. 177, l. 1 *l. Chrysocoma.* -- *id.* l. 19 *l.* achyrantes. -- *id.* l. 33 *l.* Aridus. -- p. 180, l. 19 *l. Cynanchum.* -- *id.* l. 31 *l. Hieracium.* -- p. 181, l. 21 *l. Atractylis.* -- *id.* l. 34 *l. Ot[illegible].* -- p. 184, l. 7 *l. Selinum.* -- p. 187, l. 32 *l.* tr[illegible]cus. -- p. 183, l. 7 *l. Acalypha.* -- p. 189, l. 1 *l. Atraphaxis.* -- p. 194, l. 21 *l. Cucubalus.* -- *id.* l. 39 *l. Fagus.* -- p. 195, l. 10 *l. Peziza.* -- *id.* l. 14 *l. Syringa.* -- *id.* l. 23 *l. Ranunculus.* -- p. 196, l. 35 *l. Lasianthus.* -- *id.* l. 38 *l.* quia. -- p. 197, l. 1 *l.* c. -- p. 199, l. 25 *l.* Scandix. -- *id.* l. 30 *l.* unico. -- p. 206, l. 9 *l.* varietatem. -- p. 207, l. 30 *l. Betonicæ.* -- *id.* l. 38 *l. Origani.* --

p. 208, l. 36 *l. Matthioli.* --- *id.* l. 38 *l. Plukneti.* --- p. 212, l. 32 *l. moſchatus.* -- p. 213, l. 31 *l. Turbith.* -- *id.* l. 35 *l. Granatum.* --- p. 215, l. 16 *l. Hirſutiem.* --- *id.* l. 20 *l. Urus.* -- *id.* l. 34 *l. Perſicaria.* -- p. 217, l. 4 *l. fæ-tida.* -- p. 218, l. 39. *l. Zeylanicam.* -- p. 220, l. 18 *l. Mi-moſa.* --- p. 224, l. 21 *l. bicapſularis.* --- p. 225, l. 14 *l.* qua. -- p. 226, l. 18 *l. aliquatenus.* --- p. 227, l. 19 *l.* ſ. -- p. 228, l. 17. *l.* at. -- *id.* p. 229, l. 14 *l.* at. -- *id.* l. 26 *l.* Maranta. -- p. 230, l. 20 *l. aniſoides.* --- p. 231, l. 24 *l.* ſe. -- *id.* l. 31 *l.* præſtat. -- p. 232, l. 22 *l. cataria.* -- *id.* l. 30 *l.* planis. -- p. 233, l. 19 *l. oblongum.* --- *id.* l. 30 *l. Tubuloſum.* --- p. 234, l. 33 *l.* 300. -- p. 236, l. 1 *l.* maxima. -- *id.* l. 10 *l.* definiti. --- p. 237, l. 35 *l.* Arguit. -- p. 240, l. 27 *l.* aſſidua. -- *id.* l. 39 *l. Cupido.* --- p. 241, l. 16 *l. Picena.* --- p. 243, l. 21 *l. abortivum.* --- p. 244, l. 40 *l. Anchuſa.* -- p. 245, l. 2 *l. Chicorium.* -- p. 246, l. 23 *l. novæ.* --- p. 247, l. 6 *l.* naturalis. -- *id.* l. 21 *l.* fiunt. -- p. 249, l. 20 *l.* attingit. -- p. 250, l. 11 *l.* 1622. --- *id.* l. 27 *l.* Sherardianum. -- p. 251, l. 2 *l.* nomen. -- *id.* l. 4 *l.* ſive. -- *id.* l. 9 *l. Rudb.* -- *id.* l. 15 *l. Ludolf. berol.* -- *id.* l. 33 *l. ſuec.* -- *id.* l. 35 *l.* 195. -- p. 252, l. 8 *l. Clus.* -- *id.* l. 27 *l. ordiantur.* -- p. 254, l. 17 *l.* prodiere. -- *id.* l. 23 *l. Schenckii.* -- p. 255, l. 11 *l.* incolis. -- p. 256, l. 29 *l. loborum.* -- *id.* l. 31 *l. ſupra.* -- p. 257, l. 3 *l. baſin.* -- *id.* l. 23 *l. nulla.* -- p. 258, l. 15 *l.* &c. -- *id.* l. 18 *l. e geniculo.* -- p. 259, l. 39 *l.* corollæ. -- p. 260, l. 1 *l. globoſum.* -- *id* l. 30 *l. nudæ.* -- *id.* l. 36 *l.* piloſum, ciliatum. -- p. 261, l. 13 *l. fulvopuniceus.* -- *id.* l. 16 *l. bipedales.* -- p. 264, l. 37 *l. Pechini.* -- *id.* l. 41 *l. Cafferia.* -- p. 265, l. 30 *l.* Fl. 913. --- *id.* l. 36 *l. Aliſma.* -- p. 266, l. 4 *l. minima.* -- *id.* l. 12 *l. Sceptrum.* --- p. 267, l. 8 *l. Jaſione.* -- *id.* l. 37 *l. Epimium.* -- p. 268, l. 1 *l.* convallibuſque. --- *id.* l. 21 *l. Chamæpithis.* -- *id.* l. 23 *l. Anagallis.* -- *id.* l. 25 *l. haſtat.* -- p. 269, l. 13 *l. Urtica.* -- *Ead.* l. *l. Riccinus.* -- *id.* l. 20 *l. Polygonum.* -- *id.* l. 25 *l.* uti. -- *id.* l. 28 *l.* mobilis. --- p. 270, l. 2 *l. Rhæas.* -- *id.* l. 4 *l. Perſicaria.* -- *id.* l. 7 *l. Campanula.* -- *id.* l. 14 *l.* argiloſa. -- p. 271, l. 21 *l. Alnus.* -- *id.* l. 22 *l. Corylus Opulus.* --- *id.* l. 23 *l. Sorbus.* -- *id.* l. 29 *l. Populus.* -- *id.* l. 31 *l. Ramnus cathart.* -- *id.* l. 38 *l. trem.* -- p. 272, l. 13 *l. Empetrum.* -- *id.* l. 26 *l. Polygala.* -- p. 274, l. 20 *l. Taraxacoid.* -- p. 277, l. 13 *l.* gradu duodecimo. -- p. 279, l. 3 *l. Lomentaceæ.* -- p. 280, l. 24 *l. Rubi.* -- p. 281, l. 6 *l. Horminum.* -- p. 286, l. 38 *l.* rubeſcunt. -- p. 287, l. 4 *l.* humano. -- *id.* l. 11 *l.* animalium. -- p. 288, l. 28 *l. Retrorſum.* -- p. 289, l. 17 *l.* Claſſes. -- p. 293, l. 35 *l.* hypochondriis. -- p. 297, l. 33 *l. Ruinæ.* -- p. 301,

l. 19 *l.* fit. — *id.* l. 22 *l.* *Calycis.* -- *id.* l. 30 *l.* ſata. — Tabula XI, l. 9 *l.* IX. — *id.* l. 23 *l.* XXIII. -- p. 365, l. 8 *l.* conſenſu. -- p. 379, l. 15 *l.* mutanda. -- *id.* l. 36 *l.* Meriophyllum. -- p. 381, l. 32 *l.* *Tropæolum.* -- p. 390, l. 20 *l.* *integro.* -- p. 394, l. 4 *l.* abominabilem. -- p. 400, linea 1 omiſſa *ſic legatur*: Caryophill-ata T. *Geum.* -- *id.* l. 9 *l.* *Arachnis.* -- p. 401, l. 26 *l.* antecedenti. -- *id.* l. 36 *l.* Alſinanthemos. -- p. 409, l. 14 *l.* Academica. -- p. 417, l. 12 *l.* *lupum.* -- *id.* l. 33 *l.* Coronilla. -- p. 425, l. 14 *l.* *Reg.* -- p. 428, l. 40 *l.* Anatomicis. -- p. 429, l. 34 *l.* victito. — p. 435, l. 38 *l.* erunt. -- p. 436, l. 11 *l.* Tournefortio. -- p. 444, l. 28 *l.* Achillea. -- p. 461, l. 26 *l.* *Geniſtoſpartium.* — *id.* l. 28 *l.* *Nomen.* — p. 491, l. 21 *l.* *Rubus.* -- p. 510, l. 3 *l.* *Cichorium.* — *id.* l. 8 *l.* *Groſſularia.* -- p. 527, l. 10 *l.* *erunt.* -- p. 557, l. 20 *l.* curioſorum. -- p. 558, l. 25 *l.* lectores.

N. B. Numeroſi hi errores typographici, à littera una aut altera in nominibus plantarum plerique oriuntur unde corrupta evaderent pro alumnis, ideo talia emendare Voluimus. In præcedentibus editionibus, non excepta principe Stokolmienſi, numeroſiora apparent vitia typographica.

Tab 1



1 2 3 4 5 6 7 8
9 10 11 12 13 14 15
16 17 18 19 20 21
22 23 24 25 26 27 28
29 30 31 32 33 34 35 36
37 38 39 40 41 42 43 44
45 46 47 48 49 50 51 52
53 54 55 56 57 58 59 60 61 62


Tab 11





Tab III


87
86
85
84
83
82
91
90
89
88
88
99
98
97
96
95
94
93
92
107
106
105
104
103
102
101
100
108
109
110
C



111
112
112
112
113
114
115
116
117
D


Tab. V




125.


126.


127.


128.


129.



130.



131.






132
133
134
135
136
137
138
139
140
141
142
143
144
145
146
147
148
G


f
d
c
g
f.
e
b
e
149.
a



a
151.
b


b
a
150.



c c
b
152.



d
a
154.


a
153.



a
155.
b
c


b
b
a
156.


b
a
b
157.


158.


159.


a
b
a
c
b
b
a
a
b
160.


161.



a
b
d
c
162.

Tab. IX











Tab. X

1 2 3 4

5 6 7 8

9 10 11 12

13 14



Tab XI

I
II
III
IV
V
VI
VII
VIII
IX
X
XI
XII
XIII
XIV
XV
XVI
XVII
XVIII
XIX
XX
XXI
XXII
XXIII
XXIV


1
2
3
4


5
6
7
8


9
10
11


12
13
14


15



16



17


18


19


20


21


22 a


22 b


23


24

